NICEPHO
RI INSIGNIS PHILOSO-
phi compendiaria de arte diſſeren
di ratio, omnium eruditorum iudi
cio abſolutiſſima, GEORGIO
VALLA Placentino in-
terprete.

Coll. Romani

CHIRII FORTVNATIA-
ni Cōſulti Dialectica cęteris omnibus
& doctior & argutior.

GEORGII VALLAE PLA-
centini de expedita ratione argumentandi
libellus, ad Nicephori imitatio-
nem factus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BASILEAE,
M D XLII.

12.36.E:27

ALBANVS TORINVS INTEGERRIMO VIRO D. Paulo Burtingero Artium liberalium Doctori, Parocho in Rœtelen S.D.

DIALECTICA *omnium artium maxima & puriſsima philoſophiæ pars, reliquarũ artium dux, directrix et ſtabilitrix ẽ quæ ſe ſupra diſciplinas explicat, omnib⁹ uires accõmodat, omnib⁹ faſtigiũ imponit, omniũ fines tuetur, ſine cui⁹ præſidio nulla commode tractari abſoluiq; poteſt, non modò, quod omnes inter ſe cognatę ſunt Cyclicæ diſciplinæ, ſed quod nihil certi nihil firmi tradi poſſit, citra rationem dialecticam. Sola quippe hæc (ut* Plotinus, *P*latonicorũ *ſummus tradit) ſcitiſſimè præſtat, ut ratione quadam, de quouis dicere poſſimus, quid ſit, quid diſsideat ab alio, in*

quo

quo conueniat, quot ſint, quæ ſunt, quot rurſus quæ non ſunt, alia ſcilicet ab ijs quæ ſunt. Hæc & de uno diſputat, & de eo, quod bonum non eſt, omniáq; pertractat, quæque ſub bono ſunt, quæq; ſub eo, quod contrarium bono. Quærit item quid ſempiternum, quid rurſus tale nō ſit, ſic tamen, ut opinionem reijciat, ſcientiam tamē admittat, mendacium prorſus repudians, in ueritatis campo animum paſcens. Hanc, *ueluti Tenediam bipennem, paſsim ferè in gymnaſijs noſtris, uel in ſordes ac diram quandam moroſitatis illuuiem incidiſſe, uel è medio prorſus ſublatam eſſe, & doles & conquereris* Paule *Myſtarum* Chriſti *ſplendor & ornamentum.* Præſer*tim hoc ſeculo quo diſsidiorum, ne dicam, ſeditionum flagrant paſsim omnia, quæ ratione diſſerendi & pijs perſuaſionibus, citius poſſent, quā* Manliano *imperio, extingui. Eóq; mihi tanquam* ἐργοδιώκτης *iugis hæc tua fuit quærimonia, ut* Nicephori *expeditam & compendiariam diſſerendi rationem, ab infinitis mendis uendicatam ſtudioſorū centurijs communicem, quod eruditus hic imprimis author argumentandi rationē ueriſſimis præceptis comprehenderit, idq; quā*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

potuit breuiſsimè, quod ſanè præceptis compluſculum gratiæ ſolet adijcere, præſertim quum res ipſa, per ſeſe paucis quàm commodiſsimè tractari et queat et debeat. Hic nulla uerboſitate, nulla ſermonis perplexitate, aut quæſtionũ molibus mentis acies retundetur, ubiq; perſpicua breuitas et expeditus orationi curſus (niſi quatenus interpres durior eſt) ſic ut ſtudiorum ingenia q̃ commodiſsimè heic exerceri potius quàm defatigari poſsint, oportunam rectiſsimamq; ſemitam in Ariſtotelis adyta præſtruere. Omnia breuiter, dilucidè & acutè. Quum contrà uideamus recentiores quoſdam immenſis cõmentarijs lumen ſoli mutuantes, omnia Cimmerijs tenebris inuoluãt, dum pleraq; tenuiora argutè magis quàm ſcitè perſequuntur, non intelligentes in hoc comparatã dialecticam, ut eſſet regula quædã diſputãdi de cõmunibus cauſis, ſed ut eſſet ueluti cauillandi deq; lana caprina litigãdi formula ſeu ratio, qua in umbra ipſi inuicem nugarenter friuolè. Vnde omnibus facilè liquet, illi, non ſolum ſermonis elegantiam, ſed & uim omnem & uſum dialectices defuiſſe. Adiecimus porrò Chirij Fortunatiani Cõſulti doctis omnibus

bus

bus ſuſpiciendam dialecticam, paucorum oculis uſurpatã, qua nulla eſt alia neq; eruditior neq; ſubtilior, ſi tota extaret, á quoquam mortalium nec uiſa nec ædita. Accedit his Georgij Vallæ Placentini de expedita argumentandi ratione libellus, ad Nicephori *imitationem ad unguem factus*. H*æc igitur tria præſtantiſsima de arte diſſerendi opuſcula, nomini tuo nuncupamus*, V*ir eruditiſsime, quos morum ſuauitate, ingenij dexteritate, officijsq; innumeris mirificé tibi deuinxiſti.* V*ale felix,* A*lbanumq; tuũ mutuo ſemper, ut facis, amore complectere.* B*aſileæ,* C*al.* O*ctob.* A*nno ab orbe redempto,*

M. D. XLII.

GEORGIVS VALLA PLACENTINVS, MAGNIfico Equiti aurato HIERONYMO GEORGIO VENETO, Patricio Senatori eximio S. D. æternam.

PRISCA Doctiſſimorum Virorum ad noſtra uſq; tempora propagata tenuit cõſuetudo, ut quos amore & obſeruantia proſequerentur: eos ſtudiorum ſuorum aliquo munere ſalutarent, quo et ſalutati, ſe ab illis diligi & obſeruari exploratum habentes, noſſent inde perennem ſibi laudẽ deriuari: Rurſusq; ſalutãtes memoriam ab eorum præſtantia ſingulari'ue amicitia ſuam poſteris facerent immortalem. Ita nempe philoſophorum facile princeps Plato, Timæũ et Critiã et Phędronem & Alcibiadem multoſq; alios inſcri-

inſcripſit dialogos. Nec minus acumine mirificus doctiſſimus eius diſcipulus Ariſtoteles, Ethica una Nicomachia altera Eudemia: ad Alexandrumq́; tã Rhetorica, quam de Mũdo, inſcripſit. Ita ex noſtris Varro, Ciceronem nuncupatione ornauit, ut Cicero & Lucullum & Hortenſium & Brutũ & plærosque alios, ut Plinius Imperatorem Titum, & alij alios, ne plures incaſſum recenſere contendam. Verum cur demum Hieronyme Georgi uir clariſſime in huius operis translatione te potiſſimum nuncuparim, plures me ſunt cauſæ cohortatæ. In grauiſſimo huius tuæ ciuitatis Senatu autoritas ſingularis: ſplendor publicus tum magiſtratibus tum legationibus obeundis multis, ad præcipuos totius nominis Chriſtiani, & maximis de rebus, unde inſignem laudem retuliſti. Nec nõ ingens tua lenitas atque manſuetudo, qua me multa cõplectendũ beneuolẽtia eſſe duxiſti: ad quas cumulãdas uirtutes tuas do-

doctrina quoque minimè uulgaris, acceſſit proinde ad iſta tua peritarum ſacra literarum filio tuo Paulo peracuti ingenij noſtro diſcipulo hoc de arte diſſerendi opuſculum latinum faciundũ eſſe cenſuimus. tũ quod ad Ariſtotelicam doctrinam aſpirantibus breuiter & dilucidè nec minus commodè & acutè artis differendi munera initiantibus, quæ opportuna uidebantur amplexus ſit eruditus hic imprimis autor tũ quod per hæc alia enucleanda longè ei facilior futurus ſit acceſſus. ac ne te præfatione longius traham, iam Nicephorum lege, de arte differendi per me latinè diſputantem.

NICEPHORI INSIGNIS PHILOSOPHI COMpendiaria de Arte diſſerendi ratio, omnium eruditorum iudicio abſolutiſſima. GEORGIO VALLA Placentino interprete.

ELEMENTA DIALECTICES & ordo hanc artem diſcendi.

QVEMADMODVM qui legendi, & lecta rectè ſentiendi callem quærunt, primum quidem elementa ac literas diſcunt, inde ad ſyllabas tranſcendunt, à ſyllabis ad dictiones perueniunt, & deniq; ad orationem ipſam. Ita qui totius Philoſophiæ inſtrumentum, hoc eſt, diſſerendi artem, quam διαλεκτικὴν *Græci uocant, expetunt in prædicamentis dinoſcendis in primis erudi-* Simile.

ri debent. Inde ad interpretationem progredi, ab interpretatione ad figuras ferri. Decem nanque prædicamenta, tãquam aliqua quædam elementa ſunt, quippe quæ ſimplices quædam ſunt uoces, & diſiunctæ, & per ſeſe duntaxat inſpectæ, Eſſentia, Quantitas, Qualitas, Ad aliquid, Vbi, Quando, Facere, Pati, Compoſitum eſſe, Habere, & quæ ſub ipſis ſunt, & quæ ex ipſis diuiſa, ut corpus, in corporatum, animatum, inanimatum, ſenſibile, inſenſibile, animal, zoophytum, id eſt, ex animali ſtirpeq; conſtans, rationale, irrationale, mortale, immortale, homo, equus, columbus, ſcombrus, apes, dipſas, & ſimiles ſpecies, & quæ ſub eſſentia, & quæ ſub alijs prædicamentis emergunt, quæ multitudine innumerabilia ſunt, non tamen infinita ſed repertu difficilia. Hæc igitur & ſimplices uoces, & locutiones quas φράσεις uocant Græci. Video tamen à nonnullis φράσιν non locutionem, ſed dictionẽ interpretari, et λέξιν appellari locutionem: Verum modò res intelligatur de uerbo non ero ſollicitus. Termini uocitantur ſimplices quidem uoces, utpote in compoſitæ, Locutiones autẽ, utpotè partes affirmatiuarum:

X. predicamenta.

Zoophytũ.

tiuarũ, uel negatiuarum. Termini quippe, quod propoſitionum partes ſint, ita propè ut elementa, ac principia illis qui ad Philoſophiam aſpirant capeſſendam: unde ad id quod ſermocinationis eſt, id eſt, ſignificabilis uocis tanquam ad ſyllabas aliquas, ac elementorum mixtiones ducimur, in prædicamentis quidem, dicentes, homo, equus, currit, uincit, in eo quod de ſermocinatione homo currit: equus uincit: collectim & coniunctim: nam ſimplices uoces ſiue locutiones uel terminos libet appellare copulando aientias uel negationes, ſiue propoſitiones conficimus, à quibus ſane abeuntes ad figuras complexu rurſus aientium, uel negationum ſiue utcunque propoſitionum ſyllogiſmos efficimus dictionum rationem iuxta dictorum proportionem retinentes: ut homo animal eſt: animal eſſentia: ergo homo eſt eſſentia. Nam cum ſyllogiſmi propoſitionibus conſtent, propoſitiones autem terminis: prædtcamenta quidem terminos, quod autem ad locutionem attinet, propoſitiones, figuræ uerò ſyllogiſmos, edocent. At ad prædicamenta mox redibimus. Dubitabundi itaque nonnulli, aiunt, quur'nam ens,

prædicamentum non dicitur, quod unum ac ſupremum omnium fertur ſubiectorum unde cuncta inuenta ſunt prædicamenta: Hæc nimirum cauſa eſt, quod ſubiecta unum quodq; prædicamentum ſuſcipiunt & nomen & terminum nominis prædicamenti: ut eſſentia, prædicamentum eſt primum, & ita diffinitur: Eſſentia res eſt ipſa per ſeſe alio non egens ut ſit. Proinde omnia quæ ſub ipſa ſunt, nomen ac diffinitionē eius ſuſcipiunt. Nam homo & equus & omnes ſpecies & quæ ſpecialiſſimæ, & quæ ſubalternæ, eſſentiæ dicuntur, & res quæ per ſeſe ſunt non egentes quopiam ut ſint. Idem eſt in cæteris quoque prædicamentis. At in ente non id inuenias. Non enim omnia quæ ſub ente ſunt, entis diffinitionem ſuſcipiunt: ſiquidem, Ens, res eſt per ſeſe alio non egens ut ſit, & quæ adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Quæ aūt ſub ipſo, nomen quidē hoc accipiunt, ſed non hanc diffitionē: nā ens dicitur eſſentia & reliqua decem prædicamenta ens dicuntur. Atq; diffinimus eſſentiā, et aliter reliqua prædicamēta, hoc ſanè modo. Eſſentia res eſt per ſeſe altero, non egens ut ſit: non tamē etiam & quæ adeſt

Eſſentia.

Ens.

adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionem. Rurſus quantitas adeſt quidem, & abeſt præter ſubiecti corruptionem: non tamen etiam res eſt per ſeſe non egens alio ut ſit: hoc idem, in cæteris eſt inuenire prædicamentis. Proinde genus eſſe ens dici non poteſt. Verum quamuis de prædicamentis ipſis prædicetur æquiuoce, prædicatur nō uniuoce ut genus: ceterū neq; ut ab uno & ad unum, illa ſiquidē denominatiuè prædicātur in medicina, medicus liber, medica manus, medicum opus: & à ſalute ſalubre medicamen, ſalubris cibus. Decē igitur ſine cōtrouerſia ſunt prædicamenta eorum, quæ ſunt propemodum principia, generaliſſimaq; genera, quæ à nobis recenſita ſunt, quæ autem ſub ipſis ad ſpecialiſſimas uſque ſpecies peruenientia, ſubalterna genera, & ſpecies dicuntur, ſicut in eſſentia eſt uidere. Diuiditur namq; eſſentia, in corpus, & in corporis expers: Corpus, in animatum, & animæ expers. Animatum, in ſenſibile, & ſenſu carens: Sēſibile, in animal, et ζωόφυτον: Animal, in rationale, & rationis expers. Rationale, in mortale, & in immortale: Mortale, in hominem, equum, & reliquas animalium ſpecies.

Ceu ex hac elucet figura clariſsimè.

ESSENTIA

Corpus	CORPVS	*Corporis exps.*
Animatum	ANIMATVM	*Anima carẽs.*
Senbile	SENSIBILE	*Sẽſu uacuũ.*
Animal	ANIMAL	*Zoophytũ.*
Rationale	RATIONALE	*Ratiõis exps.*
Mortale	MORTALE	*Immortale.*
Homo	HOMO	*Equus, Bos.*
Socrates	*Ariſtoteles,*	*Plato.*

Eſſen-

Eſſentia igitur, genus eſt generaliſsimum, ſupra quod nullum aliud eſt genus, quodq; cum ſit genus, nullo modo ſpecies eſſe poteſt. Homo autẽ, *ſpecies eſt ſpecialiſsima, ſub qua nulla ſuccedit ſpecies, & quæ ſpecies tantũmodo eſt, nec unquam genus. Quæ aũt à generaliſsima, hoc eſt, eſſentia ad ſpecialiſsimã uſq; ſpeciem, uerbi cauſa, hominem, & genera, & ſpecies ſubalternæ dicuntur eædem.* Genera *quidem ad ea quæ ſequuntur relata.* Species *uerò, ad ea quæ ipſas antecedunt, eadem etiam differentiæ dicuntur relata ad ea, quibus in diuiſione opponuntur. ut corpus, differentia dicitur, utpote ad incorporatum, & animatum ad inanimatum, & ſenſibile ad inſenſibile, & rationale ad irrationale, & mortale & ad immortale relatum: at tam eſſentia, quàm homo differentiæ non dicuntur, nec enim oppoſita in diuiſione habent.* Nã *homini equus, nõ dicitur diuiſione oppoſitus, neq; bos, neq; camelus, idem de cæteris dicendum eſt animalibus.* At *ſpecies dicuntur, homo & bos, & equus, & per ſeſe diuiſæ.* Atqui *nequidem animali in diuiſione opponitur zoophytum. non enim è regione opponitur, qua neq; differentia* Eſſentia.

dicitur animal, utpote ad ζoophitũ dictũ, alioqui uerò differentia dicitur, quæ genus excedit ſpecies: nam homo, excedit animal rationali & mortali: diciturſiquidem homo, animal rationale, mortale: ſed animal quanq̃ potentia hæc habet, actu tamen priuatur. Proprium. *Propriũ, in ſpeciebus ſpectatur, ut proprium hominis, riſibile: equi, hinnibile: canis, latrabile:* Diuitur *autem proprium, quadrifariam: quod ſoli ſpecies adeſt, nõ utiq; toti. ut homini, geometram eſſe: uel toti qdem, non utiq; ſoli. ſicut homini, bipedem eſſe: uel ſoli & toti, ſed aliquãdo, ut homini, caneſcere: uel ſoli, & toti, & ſemper ut homini, riſibile, qui tametſi non ſemper rideat, uerum tamen potentia ſemper.* Accidens. *Accidens autẽ eſt, quod adeſt, & abeſt præter ſubiecti corruptionẽ, ut albũ, nigrum, ſedere, ſtarè: At accidens, aliquod quidem ſeperabile eſt, aliquod autem inſeperabile: Seperabile quidẽ, ſedere: Inſeperabile uerò, naſum repandum eſſe, ſimum, & ſimilia. Age uerò quo ſimulachrum aliquod quinque uocum tradamus cuius facies, et imitatio in decem prædicamentis elucet.* Simile. *Quemadmodum enim in hominisnaturam ſunt aſcendentes, & deſcendentes*

dentes, & in obliquum euntes, mulierq́; & agnationes: ita in prædicamentis eandem faciẽ, quinque uoces conſeruant: & aſcendentium quidem locum tenent, genera: deſcendentium uerò, ſpecies: obliquè autem euntium, differentiæ: mulier porrò, proprij: agnationem, rurſus accidentium: nam in domicilio mulieris accidunt agnationes. Sortitæ autem ſunt quinq́; uoces numerum quinnarium, nec eum excedunt ex huiuſmodi diuiſione. Prædicatum porrò uel eſſentialiter prædicatur, uel adherenter eſſentiæ. & ſi adhærenter quidẽ, eſſentiæ facit accidens. ſin autem eſſentialiter, uel de indiuiduis prædicatur, & non ſpeciebus, & facit ſpeciem: uel de ſpeciebus prædicatur, & uel de unica, facitq́; proprium, de uno ſiquidem ſolo, riſibile prædicatur: & de unico, hinnibile: & unumquodq́; proprium de ſua ſpecie prædicatur, & circa unum inſpicitur: uel de pluribus ſpeciebus prædicatur, & uel in eo quod quid eſt, & facit genus. Nam dicenti quid eſt homo? reſpondemus animal: & quid animal? reſpondemus eſſentia. Genus autem, animal, & eſſentia, alterũ quidẽ hominis: alterũ uerò, animalis. Vel in eo

quod quale quid eſt, et facit differentiā,interro ganti enim quale quid eſt animal homo?reſpondemus rationale,mortale,quæ quidē ſunt differentiæ.& qualis quæ eſt eſſentia animal?reſpōdemus animata ſenſilis. differētiæ ſiquidem hæ ſunt animalis.Præit genus,utpote uniuerſalius, poſt quod ſpecies ad genus relationem habens, deinde differentia,utpote proprio uniuerſalior. Inde proprium, utpote eſſentialibus magis affine,& in eo quod quid eſt ipſum quoq; prædicatū.deinde accidens, utpote eſsētiæ adhærēs,& in eo quod eſt quomodo habet prædicatum.Sed quoniam prædicantium quædam æquiuocè prædicantur,quædam uniuocè,quædam de nominatiuè.Diffinitur igitur,ut hic paucis rem cōprehendam. Aequiuocū cuius nomē ſolū cōmune, iuxta nomen uerò,ratio eſsētiæ alia:ut hæc uox canis,nomē terreſtris & marini canis, & cæleſtis eſt.Iuxta nomē aūt ratio eſſentiæ cuiuslibet horū,propria ac ſua eſt.aliā ſiquidē diffinitionē marini,& aliā terreſtris aliamq; cœleſtis interrogati reddemus.Vniuoca aūt quorū nomen cōmune & iuxta nomē ratio eſſentiæ eadē,ut animal & homo,& bos:& iuxta nomē ratio eſſen

Aequiuocū.

Vniuoca.

tiæ

tiæ eadem. Eſſentia nãq; animata ſenſilis, tã homo, quàm bos. Denominatiua porrò, quæcunq; ab aliquo differunt caſu, & iuxta nomen habent appellationem. quemadmodum à grãmatica, grammaticus: & à fortitudine, fortis, quæ et nominis & rei communicationẽ habẽt & differentiã rei, & differentiã nominis, ut diffinitio quoq; oſtendit. nã dicendo quæcunq; ab aliquo cõmunicationem, & differentiam rei ſignificamus. Quæ enim ſunt ab aliquo, cõmunicant in eo quod ab aliquo, atqui nõ unum & idem ſunt omnia, quæ ab aliquo. dicendo namq; quæ differunt caſu, & iuxta nomen appellationẽ habẽt, communicationem & differentiam conſtituunt nominis differũt ſiquidem caſu in fine nominis, ut grammatica grammaticus. communicant porrò in reliquis. Sciendum quod æquiuocis e regione explicantur, et extenduntur polyonyma, rem habentia communem in differentibus nominibus, ut enſis, gladius, machæra, ſpatha. Vniuocis è regione obijciuntur, heteronyma, quæ differentiam rei, & nominis habentur: ut homo & album. nam hoc quidem animal, illud uerò color quæ nimirum nominibus: & Denominatiua.

re-

rebus ſunt alia. Medium locum inter hæc quattuor tenent homonyma inquam, polyonyma, ſynonyma, & heteronyma. Eſt paronymũ, quod his aſsimulatur per aliquid, & differens ab his. quatenus enim communicationem habet nominis, aſsimilatur æquiuocis: diſsimile autem eſt à polyonymis & heteronymis. Quatenus porrò differentiam habet nominis, aſsimilatur quidẽ polyonymis et heteronymis: diſsimile autem eſt æquiuocis & uniuocis: rurſus ubi communicationem rei habet, aſsimilatur quidem uniuocis, & polyonymis: diſsimile autem eſt æquiuocis: & heteronymis. Vbi porro rei differentiã habet, aſsimilatur quidem æquiuocis & heteronymis: ſed diſsimile eſt uniuocis, & polyonymis.

Paronymũ.

DE ESSENTIA.

ESSENTIA *igitur res eſt ſubſiſtens, per ſeſe exiſtẽs, alio nõ egens ut ſit: tãetſi geniturę ſubſtet, ueluti cũ primũ producta eſt. Nã ſolum diuinum nunq̃ genitũ eſt, et propriè per ſe exiſtit, quia ab omnibus abſolutũ, ac ſeiunctũ eſt. reliqua autẽ prædi-*

ca-

camẽta circa eſsentiã inſpiciũtur, ad quæ exten ſa dicitur res per ſeſe exiſtens, non ut diuinum. At nouẽ prædicamẽta adſunt & abſunt præter ſubiecti corruptione, ut pote uniuerſa accidẽs. ſiquidem magnũ & paruũ quod ipſum quantũ eſt in natura ſua non perſiſtit: augetur ſiquidem ad ſummam uſq; habitudinem corporisq; cumulum. At continentia & parcitas minutionem et ſubtractionẽ admittit eodẽ tamen manente ſubiecto, ut uerbi cauſa, homine: pueri ſiquidem ſumus, & ad uirilẽ ætatem excreſcimus, et in eadem Eſſentia permanemus quãtitate diffirẽtes. itidem nunc albũ nunc nigrũ idẽ cernitur, qualitate diſtinctũ, nec tamen eſſentiam mutat: & nunc quidem amicus nunc uerò idem inimicus differt in eo quod ad aliquid: eſſentia autẽ idem manet: & nunc quidem Mediolani, nunc uerò Placentiæ, quod ubi eſt prædicamenti, alteram non admittit eſſentiã, tranſitq; nunc, & idẽ manet: hoc aũt eſt quãdo: & rurſus, modò ſtat modò ſedet, eſtq; compoſitũ eſſe, & armatus eſt & inermis idẽ & eſt, Habere uerberat aliquis et ſecat idẽ manens eſſentia nullo modo immutata: eſtq; Facere, & ſecatur aliquis & uerberatur

immutata eſſentia: & eſt Pati. Decem *uerò nec plura ſunt prædicamenta, idq; ex diuiſione quadam certum eſt.* Diuiſio *autem eſt huiuſmodi:* Ens *uel in ſubiecto eſt, uel non eſt in ſubiecto, quod quidem in ſubiecto non eſt, eſſentiā facit: quod autē in ſubiecto, aut per ſe inſpicitur, aut non per ſe: & quod non per ſe, facit ad aliquid.* Affecta *enim ſunt, quæ ad aliquid, ideo neq; per ſe inſpecta & alium referunt. nam filius patrē refert, ſeruus uerò dominum, et frater fratrem, & omnino quæcunq; ſunt ad aliquid. quod autem per ſe, aut diuiſibile eſt, & facit quantum, aut indiuiſibile & facit quale.* Reliqua *autē ſex prædicamenta ex horum mixtione gignuntur.* Eſſentia *namq; cū quanto mixta, uel in* loco *ſpectatur, &* Vbi *prædicamentū facit, uel in tēpore, &* Quando *efficit cum qualitate mixta, uel actionem habet, & eſt* Facere: *uel paſsionem et eſt* Pati. *Cum eo autem quod eſt ad aliquid conueniens uel in alio ponitur, & compoſitū eſſe dicitur, uel ei accommodatur atq; adijcitur alterū & eſt* Habere. *etiā aliter dicitur uel circumpræhendit et facit* Habere. *Cōpræhendit enim tunica corpus: et prudētia et reliquæ uirtutes ſi*

cut

cut etiam uitia animam. Sciendum aũt eſt quod nulla eſſentia ſua diffinitione ſenſilis eſt. nã uiſus coloris eſt compræhenſor, non eſſentiæ: & olfactus ſuffumigationum, & guſtus ſaporũ, et auditus ſonituum, & tactus temperamentorum non eſſentiarum ipſarũ. In ordine aũt poſt eſſentiam ponitur quantitas & præit qualitate quod naturaliter quantitatur, ut hoc utar uerbo, ut cũq; res in aceruũ ſurgit et perinde circa ipſum quale ſpectatur. dicitur etiã aliter, quod quẽadmodũ eſſentiæ, ita etiã quãtitati nihil eſt cõtrariũ: et ob hoc cõmunicatia ſibi inuicẽ ſunt proxima. Verũ tamen dicendo quod naturaliter primũ quãtitatur. Paralogiſmus eſt quãdo in naturalibus corporibus cõtrariũ euenit. primũ ſiquidem qualitãtur: ut exẽpli cauſa, ſemẽtis in naturæ officina uel frigeſcit, uel caleſcit, uel ſicceſcit uel humeſcit, uel albeſcit, uel nigreſcit, atq; ita incrementũ capit et effigiẽ. Qualitas ſubinde anteit id quod eſt ad aliqd, quoniã quale per ſeſe eſt. ad aliqd aũt affectũ, ac in relatione poſitũ eſt. primũ ſpectãtur p ſeſe ſingula et ita in relatione. ita reliqua his ſubſtruuntur. Vbi enim præcedit Quãdo, quod locus qdẽ ſit immobilis

Paralogiſmus.

tem-

quidem ut diximus, in corpus & corporis expers. Corpus in animatum & anima carens: Animatum, inſenſibile & ſenſu uacuum. Senſibile, in animal & zoophyton: non contrà diuidendo quidem: ſed diuiditur tamẽ Animal in rationale & ratione carens. Rationale autem, in mortale: & mortis expers. Mortale in ſubiectas ſibi ſpecies, hominem, equum, bouem, & reliquas. Species autem in ſingularia, & unum quodq; ſuperius contra diuiſorum peculiares diuiſiones habet ad indiuidua uſq; ac ſingularia propemodum progredientes. Quantitas in ſeptem diuiditur, lineam, ſuperficiem, corpus, locum, tempus, numerum, & orationem, Et quantum quidem aliud eſt continuum aliud diſcretum. Et cõtinui quidem, quinq; ſunt ſpecies: Diſcreti uerò numerus et oratio. Item quãti: quoddam eſt ſitum habentium ad ſe inuicem earum quæ in ipſis conſtiterũt particularum, ut linea, ſuperficies, corpus, locus: quoddam autem, non habentium ſitum ut numerus, tempus, & oratio. Nam licet continuum ſit tempus, tamen ſitum non habet, quod non perſtet. Quod autem non perſtat, quomodo ſitum habuerit? In ſuper

Quantitatis diuiſio.

à quanto etiam quattuor inueſtigatæ ſunt ſcientiæ: nam continuum uel immobile eſt, tum facit Geometriam, uel mobile & facit Aſtronomiam. Diſcretum porrò, uel per ſeſe inſpicitur & facit Arithmeticam. uel ad alterum habet relationem, & facit Muſicã. Qualitas diuiditur in habitum, & affectionem, paſſibilem qualitatem & paſſionem, potentiam & impotentiam, figuram, & formam. Eſt autem habitus intenſio affectionis & in ſeſe permanẽtiæ, quã μονιμότητα uocant, & ſtabilimentum ex iugi & exercitata affectione, ut in naturã translata, et ſecũda quædam, uſu comparata, natura. Dicũt autem habit⁹ etiã per naturam nobis inſita: nedũ ab affectione, et promotiõne nobis ingenita, ut uiſ⁹, et reliqui ſenſus ſunt. Paſſiua qualitas ſimiliter paſſionis eſt incremẽtũ & intẽſio et difficulter delebilis eſt firmiudo, uel etiam indelebilis. Viſus eſt ꝑ fectò Ariſtoteles, Habitũ quidẽ et affectionẽ in uirtutibus accipere & diſciplinis, depræhenſibilibuſque diſciplinis. Paſſionem uerò & paſſiuam qualitatem in ira & odio, & intemperantia, & reliquis uicioſis perturbationibus, & ex langore affectibus. Caliditates autẽ & frigi-

Qualitatis diuiſio.

Habitus q̃d

dita-

ditates nunc in habitu & affectione ponit, nũc autem in paſsiua qualitate & paſſione. Dicendum'que eſt, quod quatenus participes, habitus, ipſas appellauit, quatenus autem affectum inijciunt, paſsiuas qualitates has nominauit. Cum in firmitudinem & in unũ coierint. Mediocris namq; participatio uel alteratio, affectio, uel perturbatio nominata eſt. Proinde á participando habitus dicatur, uel affectio, meritò quidem caliditas. Ab alterando autem, paſsiua qualitas uel paſsio. Potentia autem dicitur, ſicut in infante, ut cum dicimus potentia curſorem eſſe, potentia Philoſophum, & omnino cum in præſentia non habuerit, quod poſsit exercere, at temporalibus acceſsibus contingens eſt ut id poſsit efficere. Impotentia autem, quando non capax eſt natura ad aliquam olim obeundam actionem, ut homini uolare impoſsibile eſt, & aquilæ in aqua uitam agere, & equo ſermocinari, & quæcunq; natura impoſsibilia ſunt. Figura dicitur talis expreſsio, & linearis effictio. Forma extrinſecus prominẽs coloris qualitas, idea, et informatio, et ĩterpolata coloratio, et ſimpliciter talis quædã iniecta uiſui ſupficiei forma ſunt Potentia. Impotẽtia. Figura, Forma.

qui figuram in rebus inanimatis accipiant, formam autem in rebus animatis: alij porrò figurã quidem faſtigioſe cedentem, formam uerò ſupernam ſuperficiem, uocent. Ad aliquid porrò generalius diuiſum quadrifariam diuiditur, cui ſententiæ Grammatici quoq; aſtipulantur, natura, fortuna, arte, & electione. Vbi diuiditur, ut q; dem ſimplicius, ſex modis, in ſurſum, deorſum, ante, pone, dextrorſum, et ſiniſtrorſum. Sed horum ſingula uariantur. Nam eius quod eſt ſurſum, multæ differentiæ in nubibus, in æthere: in aſtris, ad polum uſq;: Supra polum & deorſum ſimiliter, & reliqua infinities in infinitum particularioribus locis uariantur. Quando diuiditur in præſens, præteritum, & futurum: Tẽpus præſens indiuiſibile: Præteritum in nouem & futurum in quinq;. Facere diuiditur in rem & orationem, & intellectum ſiue ſenſum interiorem. Actio in per manum. Exercitium in per arma & inſtrumenta actionum, & per pedes, & ſingula horũ in peculiares actitatiões & particulariter diuiſas. Sermo autẽ in Græcam, Latinam & Barbaram linguam, quarum quælibet linguas uarias ac differentes habet. Intelle-

Diuiſio Ad Aliquid.

Vbi diuiſio

Quando diuiſio.

Facere.

Agere.

Sermonis diuiſio.

ctus autem in intellectus infinitos ornantium & exornantium. ſub eo enim quod eſt facere & oratio & intellectus eſt, quippe quæ actiones ſunt partis rationalis: Dicimus ſiquidem quid facit ille? ſermocinatur ne an diſſerit? intellectum excutit, colloquitur. Pati porrò in ea quæ in anima ſunt & quæ in corpore, & horum unumquodq; ex actione alterius patietur, uel in bipartita actiōe quæ porro in infinitas paſſionum ſpecies diuiduntur. Compoſitum autem eſſe in tria diuiditur, Statum, Seſſionem, Recubitum, quorum ſingula differentijs uariantur. Nā Status diſtinctus eſt uel in tota planta, uel in extremis digitis, uel in rectis ilibus, uel geniculantibus aſcenſibus, æqualibus, & in æqualibus, in ambobus pedibus, uel uno innixa crure. Seſſio autem ſimiliter, recta, prona, ſupinata in rectangula genuum figura, uel obtuſi anguli, uel acuti anguli et uiciſſim pedibus, uel aliter affectis. Recubitus ſimiliter ſupinus recumbit, pronus, obliquus, extenſim ſe commouens, uel inflexū, uel in contractam figuram, et ſimpliciter uaria nec uniformis diuiſio: Item diuiditur compoſitū eſſe, in fuſionem, ut in frumento eſt uidere, harena,

Pati diuiſio.

Compoſiti diuiſio.

 oleo,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

oleo,aqua,& reliquis quæcunq; compoſiti eſſe, ſunt quæ aridæ uel etiam humidæ cognita ſunt naturæ.Enimuero etiam nauigare eius quod eſt compoſitum eſſe,eſt in lino ac rete & ſupellectilibus. **Habere diuiſio.** Habere in permutationem diuerſam diuiditur,ſicut ſubditum eſt armatum, tectum eſſe, in interpoſitionẽ,ut in modio in fidelia,reliquiſque uaſis. Dicimus enim modium habere triticum,uel uinum fideliam: Et in poſſeßionem, ut opes habet, iugum fert uel habet, & id genus alia.

DE LOCVTIONE.

SICVT ab elementis ad compoſitas dictiones orationesq́, ita á prædicamentis progredientibus eundum ad id quod de locutione eſt. Elementorum ſiquidem rationem nomina et uerba ſine complexu inſpecta retinent, quæ etiam dictiones nominantur. Complexa uerò, rationem habent ſyllabarum, & aientes, uel negatiuæ dicutur, non, negandi particula uel appoſita uerbo, uel ab eo ablata, uel definitione, uel modo materiæ conſtant. De termina-

terminationum autem ſpecies duæ: Vniuerſalis prædicatoria ſiue aiens omnis: & Negatiua huius, nõ omnis: Particularis prædicatoria, aliquis & negatiua huius, nullus ut ſint cum negatiuis quattuor. At cur nam eius quod eſt omnis non dicimus nullus eſſe negatiuam, ſed non omnis rurſus ei⁹ quod eſt aliquis, Quur non aliqs dicimus eſſe negatiuã: ſed nullus, Nẽpe qđ ei quod eſt omnis contradictorie opponitur non omnis. Cortrarie autem nullus, & ei quod eſt aliquis: Contradictoriæ quidem opponitur nullus: Subcontrariæ uero non aliquis. Atqui contradictoriæ oppoſita magis ſunt negatiuæ, quippe quæ non coincidunt in falſum neque in uerum, ſed in omni materia aiente uera, neceſſe eſt negatiuam falſam eſſe: falſa autem aiente negatiuam neceſſario falſam eſſe. Quæ uerò contrariæ uel ſubcontrarie oppoſita ſunt in materia contingenti eorum quædam ſimul falſa ſunt: quædam ſimul uera. Tertia porrò materia eſt neceſſaria ut reſpirare hominem. Contingens ut deambulare hominem. Impoßibilis ut uolare hominem, in quarum nulla ſimul uera ſunt contradictoria, uel ſimul falſa id'que ex-

propoſitionibus coniectari poteſt. Omnis homo reſpirat, uerum: non omnis homo reſpirat, falſum: Omnis homo ambulat, falſũ: Nõ omnis homo ambulat, uerum: Omnis homo uolat, falſum: Non omnis homo uolat, uerum: Nãſi nullus etiam non aliquis. Illud aliquis homo reſpirat, uerum: Nam ſi omnis etiam aliquis: Nullus homo reſpirat, falsũ: aliqs homo ambulat, uerũ: Nullus homo ambulat, falſum: Aliqs homo uolat, falſum: Nullus homo uolat, uerum. Ita igitur habent contradictorie oppoſita, quæ uerò contrarie conſiderandum ut in contingenti ſimul falſa ſunt: Omnis homo ambulat: Nullus homo ambulat, ambo falſa. Quæ autem ſubcontrariæ ſimul uera ſunt, aliquis homo ambulat. Non aliquis homo ambulat, uera ſunt ambo. Quilibet autem & aliquis ſubalterne habent, quemadmodum, Nullus ad non aliquis: quorum quilibet et aliquis in neceſſaria materia uera ſunt. In impoſſibili autem, ſimul falſa, ſed in contingenti, alterum quidem uerum eſt, alterum uerò falſum. At nullus & non aliquis, in neceßaria, ſimul falſa ſunt. In impoßibili uerò ſimul falſa. ſed in cõtingenti alterũ quidem uerũ eſt, alterũ uerè falſum

ut

ut ſolas contradictorias propoſitiones ſemper in omni materia ſe oppugnantes inuenias, nec ad unum concurrentes, Sed ſemper alterutra uera, neceſſariò altera ſit falſa. Quemadmodũ ſine definitionibus & cum definitionibus aientes dicuntur & negatiuæ: ita etiam abſq; modis & cum modis. Modi autem ſunt hoc ipſum neceßarium eſſe dicendo expreſſum, & contingens eſſe, & impoßibile eſſe. Si itaq; ſine determinationibus & modo materiæ: hoc eſt, neceſſarium eſſe, cõtingens eſſe, impoßibile eſſe, propoſitio proferatur à uerbo aiens & negatiua iudicantur addita uel ablata, non, negandi particula, ut, homo ambulat, aiens, homo non ambulat, Negatiua: *Determinatione autem aliqua appoſita ab ea quæ ſunt aientes uel negatiuæ iudicantur, præpoſita huic negandi particula: uel etiã ablata, ut: Omnis homo ambulat, nõ omnis homo ambulat: Aliquis homo ambulat,* Nullus *homo ambulat, Modo autem materiæ propoſitioni annexo excellit magis quod ab hoc aientiam uel negationem infigendo, ut:* Neceſſe *omnem hominem reſpirare, non neceſſe omnem hominem reſpiare:* Contingens *omnem hominem*

diſſerere: Non contingens omnem hominem diſſerere. Impoßibile omnem hominem uolare: Non impoßibile omnem hominem uolare. Nam ſi uniuerſalis determinatio accommodatur cæterum non ex ipſa; ſed à modis negatio & aientia fit. Sed quoniam omnis propoſitio ex nomine & uerbo cõſtat, Dicendum quid ſit nomen, & quid uerbum, & quid indefinitũ nomen, & quid indefinitum uerbum, & quid caſus nominis & quid uerbi. Nomen igitur eſt: ut, homo. Verbum autem, ambulat. Indefinitum nomen, hocce non homo: indefinitum uerbum non ambulat. Caſus nominis ſunt obliqui, caſus autem uerbi præterita ac futura. Cæterum indefinitum uerbum negationem facit, Indefinitũ autem nomen neutiquam: nam non homo ambulat, non negatiua ſed aiens eſt, ex indefinito nomine. Proinde à nomine et uerbo definito uel in definito, determinatæ uel indeterminatæ aientes uel negatiuæ ex ſubiecto & prædicato propoſitiones dicuntur. Si autem uerbum in nomen fuerit eſt immutatum, tum uerbo nobis opus eſt, ad perfectam aientiam uel negatiuam: homo iuſtus eſt, ecce iuſtificatur ut ita loqui

Omnis propoſitio ex nomine & uerbo.

loqui permittatur: Verbum conuerſum eſt in nomen iuſtus & ob hoc, eſt uerbo, egemus ad aientis perfectionem: & rurſus negatiua, homo iuſtus non eſt: dicunturque huiuſmodi propoſitiones ex tertio appredicato ſiue adiacente. Ha*rum autem ſpecies ſunt tres, ſimplex, ex tranſpoſitione, & priuatoria. Simplex quidem, quæ iam dicta, ut, homo iuſtus eſt; & eius negatiua: homo iuſtus non eſt. Ex tranſpoſitione autem, homo non iuſtus eſt, hoc enim, non iuſtus, non negatio, ſed aientia eſt ex tranſpoſitione: dicitur etiam huius negatio homo non iuſtus non eſt.* Priuatoria *autem, ut: homo iniuſtus eſt, & eius negatiua homo iniuſtus non eſt.* His *ita definitis inſpiciendum nobis eſſe ducimus omnes propoſitiones quotnam demum ſint.* Q*uæ igitur ex prædicato & ſubiecto definito nomine, indefinitæ propoſitiones ſunt duæ: una prædicatoria, hoc eſt, aiens,* Homo *ambulat: altera abnegatiua,* Ho*mo non ambulat,* Q*uæ autem cum determinationibus, aliæ quattuor. Vniuerſalis aiens,* O*mnis homo ambulat:* P*articularis negatiua,* Nõ *oĩs homo ambulat, Vniuerſalis negatiua,* N*ullus homo*

homo ambulat: Particularis aiens, Aliquis homo ambulat. Ecce tibi ſex. Ex indefinito autem nomine, aliæ fiunt ſex: Non *homo ambulat,* Nõ *homo nõ ambulat,* Omnis *nõ homo ambulat Nõ omnis nõ homo ambulat, nullꝰ nõ homo ambulat aliqs homo nõ ambulat, ecce iã duodecim.* Ex *tertio autẽ appraedicato ſimplices quidẽ aliæ duodecim:* Ex *trãſpoſitione rurſꝰ aliæ duodecim, et negatiuæ ſimiliter duodecim: quater igitur duodecim quadragintaocto.* His *ſi adijciantur modi ex uno quoq; modo, quadragintaocto fiunt, ut ſint centum quadraginta quattuor, quibus adiectis quadraginta octo quæ ſine modo ſunt, ad centũ nonagintaduás excreſcunt.* His *in tribus temporibus ſubſtructis, præſens, preteritum, & futurum, omnes quingentæ ſeptuaginta ſex eſſe oſtẽduntur, neq; his plures eſt inuenire propoſitiones, niſi fortè aliquis eas, quæ in uno quoq; tempore differentes ſunt, uel etiam nominis caſibus illis uelit annumerare, quæ à nobis quod numeratu operoſiores quàm cognitu difficiliores uiderentur, exploſæ ſunt, quod minus inſpectione dignæ uiderẽtur.* Sicut *etiam ſingulares, quibus Ariſtoteles in ſyllogiſmorum expoſitione*

minimè

minimè uſus eſt: ab uniuerſalibus & perpetuis ſyllogiſmos texens, quibus ſingulares quoq; am mixtæ inſpiciuntur. Latere autem nos non debet, quod indicatiua ſolum ſpecies orationis pro poſitionibus eſt utilis, utpote etiam ſola ad aientiam & negationem tendens: non imperatiua, non optatiua, non uocatiua, neq; interrogatiua, harum ſiquidem nihil ad aientem orationem uel negatiuam excutiendam eſt idoneum.

Sola oratio indicatiua Verum ut falſum.

DE FIGVRIS VNDE ſyllogiſmorum ortus, & doctrina.

AT iam ad figuras & ad ſyllogiſmorum ortum, ſiue diſciplinam atq; inuentionē ueniamus, quos faciem diximus gerere dictionis Nam ſicut dictiones ſententiam efficiunt & notionem, Ita ſyllogiſmi concluſionem & exquiſita problemata conficiunt, ac in apertum & diſcuſſum perducunt. Omnis igitur ſyllogiſmus ex duabus ſaltem propoſitionibus conſtat, maiore ac minore. Maiorem quidem uoco, cuius terminorum unus prædicatus fit in cōcluſione. Minorem autem, cuius ſubiectus fit, ut

Simile.

eſſen-

eſſentia omni animali, animal omni homini, eſſẽtia igitur omni homini. ecce prædicata eſt eſſentia, & ſubiectus eſt homo in concluſione. In utracūq; igitur propoſitione eßentia ipſa fuit maior propoſitio, poſita autem eſt in ea quæ dixit eſſentia omni animali. Hæc nempe maior propoſitio in qua rurſus homo ipſa erat minor. Appoſitus autem fuit in ea, quæ dixit, animal omni homini, quæ fuit minor. Terminus quoque primus, prædicatus in concluſione dicitur. Poſtremus autem ſubiectus. Medius uerò aßiſtit in omni concluſione. Quoniam igitur, ut dictum eſt, omnis ſyllogiſmus ex duabus propoſitionibus ſaltem cõflatur, maiore'que & minore. Maiore totiens poſita, quotiens propoſitionum annumeratio. totiens autem ipſi Minore annexa, ita quingentis ſeptuaginta ſex Maioribus propoſitionibus cum Minoribus multiplicatis euenit totos ſyllogiſticos & aſyllogiſtos modos congregari in myriadas triginta tres & mille ſeptingẽtos ſeptuaginta ſex. Significat autẽ, Myrias una, dena milia. Ex modorũ autẽ mixtura duodecies rurſ⁹ totidẽ colligũtur: uel enim maiore ꝓpoſitiõe neceſſaria poſita, Minore uerò

Myrias.

uel

uel cõtingẽte uel impoſsibili,uel Maiore exiſtẽte Minore uerò neceſſaria, uel cõtingente,uel impoſsibili,uel Maiore cõtingẽte,Minore neceſſaria,uel exiſtẽte,uel impoſsibili, uel Maiore impoſsibili minore autẽ neceſſaria uel exiſtẽte,uel cõtingẽte. Duodecies multiplicãtur omnes prædicti,ut ſimul omnes ĩmixti, & mixti in myriadas tricenas nonaginta octo & mille tricenos duodecim perueniant abſoluendi. Nam ſi trinã dicimus eſſe materiã,neceſſariã, contingentem et impoſsibilem. Contingentẽ certè Ariſtoteles in duo diuiſit,in euenitentem & futuram: & euenientem quidem exiſtentem nominant, futurã uerò propriè cõtingentem. Ex harũ autẽ quattuor mixtura per cõiugationes, ſyllogiſmos in mixtionib⁹ exponit. Cũ itaq; trinæ ſint figuræ et in unaquaq; figura tot ſint texti ſyllogiſmi,triplicati enumeratorũ omnes fiũt,ut omnino ſint numero quidẽ myriades mille centũ nonaginta quattuor ac tria milia nõgenti trigĩta ſex,ſyllogiſtici pariterq; aſyllogiſti. In prima quidẽ figura myriades ſexaginta ſex et termille quingẽta qnquaginta duo ſyllogiſmi. In ſecũda ſimiliter totidẽ. In tertia myriades centum denæ ac qnæ non-

Triplex materia.

Tres figuræ ſyllogiſmi.

nongenti ac uiginti, ac ſimul omnes ſyllogiſtici myriades ducentæ quadraginta tres, & ter mille uiginti quattuor. Reliqui autẽ *aſyllogiſti myriades octingentæ quinquaginta una nongenti duodecim: ut ſit ad aſyllogiſtos ratio ſyllogiſticorum modorum in prima ac ſecunda figura ſub quina multiplicatione, in tertia autem ſub duplicatione terquinquies.* Fiunt porrò *alij quoq; ex aſyllogiſtis ſyllogiſtici propter cõtingentis materiæ mutabilitatem & ad alia,* Ac *rurſus ex ſyllogiſticis aſyllogiſti, propter uniuerſalem negatiuam in contingente materia, quæ in ſe non cõuertitur in alijs cõuerſa materiebus, ut deinceps oſtendetur, et qui ex ablatione iuxta ſenſum materiæ tot fuerint ſyllogiſmi ac nõ plures, qui autem in materia perſpecti et ſingulares & qui in*

Simile. *hos reſoluti infinities ſunt infiniti.* Nam *quemadmodum in* Rhetorica *ſtatus numero certo cõprehenduntur, ſingulares autem in his incidentes, in infinitum producuntur, ita etiam hic ſanẽ ſcientia huiuſmodi ſyllogiſmorum numerum oſtendit: at qui ſingulares & ex eis incidunt infiniti ſunt ac numero ullo comprehendi non poſſunt.* Cum *ergo hi tot ſint* Ariſtoteles *hexa-*

da

da, Vnam iuxta id quod eſt propoſitionum ſimplicius accipiens, Vnam quidem ex duabus indeterminatis, Quatuor autē ex indeterminatis in nomine determinato, in his ſyllogiſmos explicat exemplis, quo ab his reliquos quoq; indicet. At quoniam ſyllogiſmus, ut dictum eſt, ex duabus ſaltem propoſitionibus conficitur, maiore & minore, ſexies iuxta dictum modum poſita, maiore tantūdem. Porrò minore ei annexa, ſexies ſex, triginta ſex fiunt. Poſita namq; maiore propoſitione uniuerſali aiente, & minori illata uniuerſali aiēte, uel uniuerſali negatiua, uel particulari aiēte, uel particulari negatiua, uel indefinita aiēte, uel indefinita negatiua, ſex hinc ſyllogiſtici et aſyllogiſti emergūt modi. rurſus poſita maiore uniuerſali negatiua, & inducta minore ſexies, ſicut dictū eſt, alij fiūt ſex. Rurſus poſita maiore particulari aiēte: minore ſexies ſimiliter illata, alij porrò recenſebuntur ſex. Ac rurſus poſita maiore particulari negatiua, minore uerò, ut dictū eſt, ſexies illata, ſex alij procreantur. Item poſita maiore indefinita aiente, & ſexies, huic annexa minore etiā hinc ſex fiunt. et indefinita negatiua maiore poſita, & ea ut ſu-

perius ſexies minore prolata, itidem alij emergunt ſex. Ecce ſexies ſex, omnes triginta ſex facti ſunt modi ſyllogiſtici & aſyllogiſti. Horum *in prima quidem figura, ſex ſunt ſyllogiſtici, aſyllogiſti autem triginta. In ſecunda quoq; ſimiliter. In tertia uerò decem ſyllogiſtici, & uiginti ſex aſyllogiſti. Quantum autem ad cuiuslibet figuræ cognitionem pertinet. In prima nimirum figura, medius quidem terminus primo ſubijcitur termino, de extremo autem prædicatur. In ſecũda figura, medius terminus de ambobus extremis prædicatur. In tertia uerò figura, medius terminus ambobus ſubijcitur extremis. Ex tribus enim terminis ſaltẽ omnis ſyllogiſmus conſtat. Quemadmodũ ex duabus propoſitionibus, medio termino ambabus propoſitionibus implexo ob hoc plures propoſitionum ſunt termini.*

DE PRIMA FIGVRA *ſyllogiſmorum.*

Modi primæ figuræ. IN *prima igitur figura ſyllogiſtici modi hi ſunt. Primus ex duabus uniuerſalibus aientibus propoſitionibus, uniuerſalem aientem colligit concluſionem, ut,*

1

Eſ-

Eſſentia omni animali,
Animal omni homini,
Eſſentia igitur omni homini.

Secundus ex maiore uniuerſali negatiua & minore uniuerſali aiente, uniuerſalem negatiuam colligit concluſionem, ut, 2

Animatum nulli inanimato,
Inanimatum omni lapidi,
Ergo animatum nulli lapidi.

Tertius ex maiore uniuerſali aiente & minore particulari aiente, particularem aientem colligit concluſionem, ut, 3

Animal omni homini,
Homo alicui albo,
Animal ergo alicui albo.

Quartus ex maiore uniuerſali negatiua & minore particulari aiente, particularem negatiuã colligit concluſionem, ut, 4

Animatum nulli inanimato,
Inanimatum alicui albo,
Animatum igitur non omni albo.

Quintus ex maiore uniuerſali aiente & minore indefinita aiente, indefinitã aientem colligit concluſionem. Termini autem tertij modi. 5

Animal omni homini.
Homo in albo. Hoc *enim ſine defini-*
Animal igitur in albo, (*tione eſt,*
Aequiualet autem hoc ei quod eſt alicui albo:
Nam indefinita idem ualent, quod particularia.
Sextus ex maiore uniuerſali negatiua & minore indefinita aiente, Indefinitam negatiuam colligit concluſionem. Termini *quarti modi,*
Animatum nulli in animato,
Inanimatum in albo,
Animatum igitur non in albo.

Qui autem præser hos, omnes ſunt à ſyllogi- *Aſyllogiſti.* *ſti. Aſyllogiſti autem dicuutur, quod contrarias & indiſcretas colligant concluſiones, ut in uno exemplo ſecundi modi primæ hexadis, in eadem prima figura.*
Eſſentia omni animali,
Animal nulli inanimato.
Eſſentia igitur omni in animato.

Ecce in eodem & eadem Q*ualitate &* Q*uantitæ contrariæ collectæ ſunt concluſiones.* S*imiliter & in reliquis aſyllogiſtis modis euenit, quod in ſyllogiſticis modis nunquam fiet:* N*am in prius expoſito ſyllogyſmo collectum eſt.*

Eſſen-

Eſſentia omni inanimato. Rurſus
Animal omni homini,
Homo nulli in animato,
Animal nulli inanimato.

Ecce cōtraria in eodē modo etiā quantitate. Vniuerſales enim propoſitiones ſumptæ ſunt colligentes cōcluſiones omnis & nullus, quod à ſyllogiſtico modo alienum eſt: nam propriè ſyllogiſmus unam eandemq; qualitate & quantitate colligit concluſionem.

DE SECVNDA *figura.*

IN *ſecunda porrò figura ſyllogiſtici modi hi ſunt.* Primns, *ex maiore uniuerſali negatiua & minore uniuerſali aiente*, Negatiuam *uniuerſalem colligit concluſionem.* Negatiuæ *ſiquidem omnes ſecundæ figuræ ſunt concluſiones, ut,* Modi ſecūdæ figuræ. 1

Animatum nulli inanimato,
Animatum omni homini,
Inanimatum igitur nulli homini.

Secundus ex maiore uniuerſale aiente, & minore uniuerſali negatiua, uniuerſalem negatiuam 2

colligit concluſionem, ut,

Animatum omni homini,
Animatum nulli inanimato,
Homo igitur nulli inanimato.

3 Tertius, ex maiore uniuerſali negatiua & minore particulari aiente, negatiuam particularē colligit concluſionem, ut,

Animatum nulli inanimato,
Animatum alicui corpori,
Animatum igitur non omni corpori.

4 Quartus, ex maiore uniuerſali aiente & minore particulari negatiua, particularem negatiuā colligit concluſionem, ut,

Animal omni homini,
Animal non omni albo,
Homo igitur non omni albo.

5 Quintus, ex maiore uniuerſali negatiua & minore indefinita agente, indefinitam negatiuam colligit concluſionem. Termini tertij modi,

Animatum nulli inanimato,
Animatum in corpore.
Inanimatum igitur non in corpore.

6 Sextus ex maiore uniuerſali aiente, & minore indefinita negatiua, indefinitam negatiuam colli-

colligit concluſionem. Termini quarti modi, ut,

Animal omni homini,
Animal non in albo,
Homo igitur non in albo.

Præter hos alij ſunt aſyllogiſti. Referendum autem in hac quoq; figura exemplum unum in primo modo, primæ hexadis, ut,

Animal omni mortali,
Animal omni homini,
Mortale igitur omni homini.

Rurſus in eodem modo:

Animal omni homini,
Animal omni equo,
Homo nulli equo.

Idem in cæteris aſyllogiſtis modis inuenitur.

DE TERTIA FIGVRA.

IN tertia figura ſyllogiſtici ſunt hi. Primus ex duabus uniuerſalibus aientibus, particularem aientem colligit concluſionem, ut, *Modi tertiæ figuræ* *1*

Animal omni homini,
Animatum omni homini,
Animal alicui animato,

Colligitur n. nãq; etiã ipsũ omni, eſt quãdo termi-

ni fiunt cauſæ, nẽpe materiæ & modi, non ſyllogiſmi texturæ. Nã ſemper illud omni colligeretur, ut,

Eſſentia omni homini,
Animal omni homini,
Eſſentia igitur animali.

Atqui quod per rarò eſt, id in ſcientia lex non eſt, ſed quod ſemper quodammodo euenit. Et quoniam particulare in uniuerſali inuenitur, ſed uniuerſale in particulari neutiquam, hac de cauſa particulares eſſe dicuntur tertiæ figuræ concluſiones, & ſi uniuerſale eſt quando colligitur.
2 *Primus igitur hic modus eſt. Secundus autem ex maiore uniuerſali negatiua & minore uniuerſali aiente, perticularem negatiuam colligit concluſionem: ut*

Animal nulli inanimato,
Corpus omni inanimato,
Animal non omni corpori eſt:

Quando etiam colligitur nulli ſicut in primo modo omnĩ, ſed particularem colligendum dicimus hic concluſionem propter eandem cauſam, quã etiã in primo diximus.
3 *Tertius ex uniuerſali aiente & minori particulari aiente, particularem colligit concluſionem, ut,*

Ani-

Animal omni homini,
Album alicui homini,
Animal igitur alicui albo.

Quartus ex maiore uniuerſali negatiua & minore particulari aiente, particularem colligit negatiuam concluſionem,ut, 4
Animatum nulli animali,
Album alicui animali,
Inanimatum igitur non omni albo,

Quintus ex maiore particulari aiente,& mino nore uniuerſali aiente,particularem aientẽ colligit concluſionem,ut, 5
Animal alicui animato,
Corpus omni animato,
Animal igitur alicui corpori.

Sextus ex maiore particulari negatiua, & minore uniuerſali aiente,particularem negatiuam colligit concluſionem,ut, 6
Animal non omni animato,
Corpus omni animato,
Animal igitur non omni corpori,

Septimus ex maiore uniuerſali aiente, & minore indefinita aiente, Indefinitam aientem colligit,concluſionem,Termini tertij modi, 7

Animal omni homini,
Album in homine,
Animal igitur in albo.

8 *Octauus, ex maiore uniuerſali negatiua & minore indefinita aiente, indefinitam negatiuam colligit cõcluſionem. Termini quarti modi,*
Inanimatum nulli animato,
Album inanimato,
Animatum non in albo.

9 *Nonus, ex maiore indefinita aiente & minore uniuerſali aiente, indefinitam aientem colligit concluſionem. Termini quinti modi,*
Animal inanimato,
Corpus omni animato,
Animal igitur in corpore.

10 *Decimus, ex maiore indefinita negatiua & minore uniuerſali aiente, indefinitam negatiuam colligit concluſionem. Termini ſexti modi,*
Animal non inanimato,
Corpus omni inanimato,
Animal nõ in corpore, ſcilicet, nõ omni corpore. Diximus namque pro particulari capi indefinita. Qui præter hos alij, ſunt aſyllogiſti: Ponatur etiam figura exẽplum aſyllogiſtorũ in

ſe-

ſecundo modo, primæ hexadis,

Animal omni homini,
Equus nulli homini,
Animal igitur omni equo.

Rurſus,

Album omni cygno,
Coruus nulli cygno,
Album nulli coruo.

Idem in cæteris aſyllogiſtis modis euenit, quorum terminos etiam ipſe per tete obſeruans inuenies, non ſemper eaſdem colligentes concluſiones. At in ſyllogiſticis modis (ut dictum eſt) eædem & qualitate & quantitate figuræ, idem ac ſimile concludent. In quibus autem eadem expoſita fuerint, nec eadem colligitur concluſio, ſed alia quidem particularis, alia autem uniuerſalis cauſa eſt materiæ, non modi, ut dictum eſt. Qui autem ſingulares perpetuò ſyllogiſmi, de quibus ne Ariſtoteles quidem mentionem fecit, uniuerſalibus ſyllogiſmis adhæſerunt. ſicut illi omnem ſubiectam ſpeciem, ita etiam hi totam amplectuntur perſonam, ut, Expoſitio.

Pyrrhus fuit Achillis,
Achilles Pelei,

Pe-

Peleus Aeaci: Ergo Pyrrhus fuit
Aeaci, Vnde & Aeacides dictus.

Epiſtola 1. Corinth. 2. *Ideo inquit diuinus Paulus, ut paucis abſoluam,*
Propter Abraham & Leui decimas capiens decimatus eſt:

Nam Leui fuit Iacob filius,
Iacob Iſahac,
Iſahac Abraham:

Similiter & ex ſingularibus, negatiui uniuerſalibus negatiuis fiũt cõparatione. Sciendum ſanè eſt, quod commune ſyllogiſticis modis in tribus nimirũ figuris eſt, deteriorem propoſitionẽ ſequi concluſionẽ, ut etiã deteriorem materiam in mixtione. Eſt aũt uninerſali deterior particularis: q̃ aiens netigatiua: q̃ definita, indefinita & in materiebus, q̃ cõtingens, q̃ exiſtens: exiſtens, q̃ neceſſaria. Neceſſaria aũt, & impoßibilis mutuo potẽtia ſibi inuicẽ ſunt æquales. Nã neceße eſſe, eſt impoßibile non eſſe, & neceſſe non eſſe, impoßibile eſſe. Hac etiã ratione de impoßibili materia, idẽ dicetur, ubi de mixtione tractatũ eſt. Quũ igitur propoſitionum una, uniuerſalis fuerit aiens, altera autem uniuerſalis negatiua, uniuerſalis negatiua erit concluſio. Si autem

una

una quidem fuerit uniuerſalis aiens, altera uerò particularis aiens, particularis aiens erit concluſio. Sin autẽ una quidem uniuerſalis negatiua, altera uerò particularis aiens, quoniam negatiuam eſſe deterius eſt, q̃ aientem eſſe: particularem autẽ eſſe q̃ uniuerſalem eſſe, deterius eſt, ambarum imminutio ſuſcipit concluſionẽ alterius quidem negatiuam, alterius uerò in parte etiam negatiua fit particularis. Indefinitam aũt unam aſſumptam, indefinita ſequitur concluſio. In materiebus ſi neceſſaria fuerit & exiſtens, exiſtentem ſequitur. Sin autem neceſſaria & contingens, contingentem ſimiliter. Sin autem exiſtens & contingens rurſus contingentem. Propria porrò primæ figuræ ſyllogiſticorum modorum ſunt, maiorem propoſitionem uniuerſalem eſſe, minorem aientem & omnem concluſionis ſpeciem ſubire. Secunde figuræ propria: Maiorem propoſitionem uniuerſalem eſſe: Minorem uerò diſsimilis figuræ, concluſiones autem negatiuas ſemper. Tertiæ figuræ propria, Maiorem propoſitionem indifferentem eſſe, minorem aientem, cõcluſionẽ particularẽ. Itaque primæ figuræ demonſtratio per rectitudinem

Figurarum propria diuerſa.

dinem

dinem eſt, & demonſtratio uocatur. Secundæ autem & tertiæ, non per rectitudinem quidem, ſed per conuerſionẽ uel impoſsibili reductione ad eam demonſtrationem, quæ per rectitudinẽ eſt etiam ipſa reducitur, hoc eſt, ad primam figuram. Per rectitudinem uerò dicitur demonſtratio, quod à primo termino ad medium uenimus: à medio autem ad ultimum, quod ſanè etiã cognoſcibile primæ figuræ diximus, ut, Eſſentia omni animali, Animal omni homini, & deinceps concluſio. Ecce à primo termino eſſentiæ, ad medium, qui eſt animal, à medio autem ad ultimum uenimus, hoc eſt, hominem. At in ſecunda figura non ita eſt, ſed à medio termino incipientes, ad primum imus, et rurſus, diſcedentes à primo adhuc ad medium reuertimur, illic rurſus ad ultimum ſecedimus, ut,

Animal omni homini,
Animal nulli inanimato,
Homo igitur nulli inanimato.

Ecce à medio termino, ad primum uenientes, et rurſus ad medium, hoc eſt, animal recurentes ad inanimatum, qui eſt ultimus terminus, uenimus, inde concluſio. Homo igitur nulli inanimato,

mato. In tertia autem figura, à primo incipientes termino, ad mediũ imus, inde mediũ relinquentes, & ad ultimũ euntes, rurſus ab illo ad mediũ recurrimus, ut, Animal omni homini, Animatũ omni homini: Ecce à primo termino, qui eſt animal, ad mediũ imus, qui eſt homo, inde mediũ relinquẽtes ad ultimũ peruenimus, & ab illo rurſus ad medium, hoc eſt, hominẽ ſecedimus, inde ad cõcluſionem, Animal igitur alicui animato. Ita igitur ſecundæ ac tertiæ figuræ non rectam quandam, ſed obliquam demonſtrationem, habent concluſiones, ſed per conuerſionẽ, uel in abſurdum reductionem ad rectam demonſtrationẽ, hoc eſt, ad primam figuram huiuſmodi reducimus figuras. Eſt quidẽ conuerſio, cum propoſitionem conuertimus, facientes prædicatum terminum ſubiectum, ſubiectũ autem prædicatũ. Abſurda aũt reductio, cum una propoſitione falſa, in ſyllogiſmo collecta, alienum hinc, hoc eſt, falſum in concluſione conſequitur. Sciendum autem eſt, quòd cum ſint quattuor definitæ propoſitiones, uniuerſalis aiens, uniuerſalis negatiua, particularis aiens, particularis negatiua, Indefinitæ idem ualent quod particula-

Reductio.

Conuerſio.

culares. Vniuerſalis quidem aiens, in eam, quæ eſt aliquis conuertitur, ut, Animal omni homini, Homo alicui animali, Vniuerſalis negatiua in ſeipſam, ut, Animal nulli inanimato & Inanimatum nulli animali, quæ eſt aliquis in ſeipſam, ut, Album alicui animali, et Animal alicui albo. Quæ aũt, non omnis, nõ conuertitur. neq; enim ſi homo non omni animali, iã etiam animal, non omni homini. In cõtingente aũt materia, quæ eſt nullus, nõ conuertitur, neq; enim ſi motus nulli homini cõtingit, iã etiã homo nulli motui acciderit. Neq; enim cæleſti motui cõtingenter non exiſtit homo, ſed neceſſario nõ exiſtit. Nã contingenter non exiſtens, poteſt exiſtere: ob hoc etiam quæ eſt nullus incontingente tranſmutatur in eam, quæ eſt aliquis. nã quemadmodũ motus nulli homini contingit, ita etiam omni contingit, at non utique è conuerſo, neq; enim homo motui omni contingit, & perinde non erat contingenter ne quidem hominẽ uni motui cõtingere, ergo nullus incontingente inſe non conuertitur. Verumenimuero ut ad rectam demonſtrationem, hoc eſt, primam figuram quæ ſunt ſecundæ figuræ, per conuerſionem, uel

uel impoſsibilem deductionem reducantur, iam nobis dicendum eſt. Ponatur nanq; primus modus ſecundæ figuræ hoc modo.

Animal omni homini:
Animal nulli inanimato,
Homo igitur nulli inanimato.

Hunc igitur per conuerſionem in primam figuram ita reducemus, nam ſi animal nulli inanimato, & inanimatum prorſus nulli animali, atq; animal erat omni homini, concludetur ut in primæ figuræ ſecundo modo, quod inanimatum igitur, nulli homini, et è conuerſo, Homo nulli inanimato. Id autem erat à principio concluſio, ita igitur per conuerſionem ad rectam demonſtrationem, hoc eſt, ad primam figurã reductus eſt. Secundæ figuræ ſyllogiſmus per abſurdam reductionem deducetur hoc modo, ut in quarto modo ſecunæ figuræ, ut,

Animal omni homini,
Animal non omni albo,
Non igitur ſit animal omni homini, animal omni albo.

Et colligetur ut in primo modo primæ figuræ, Animal omni albo, atqui erat etiam non omni,

d quod

quod eſt abſurdum. Collectum autẽ eſt abſurdum, propter oppoſitam concluſioni, quæ fuit non omni, propoſitionem, quæ fuit omni. Falſa igitur hæc, quomodo ꝑpter ipſam euenit abſurdum. Vera igitur, quæ eſt non omni. Ecce etiam per abſurdi reductionem, in primam figuram ſecundæ reducetur: Eodem modo reliqui ſecundæ figuræ ſyllogiſmi, & tertiæ, omnes in primam reducentur, per conuerſionem quidem aliqui, per impoſsibile uerò omnes. In contingenti autem materia, quod uniuerſalis negatiua propoſitio non conuertatur, non poterunt hac conuerſione, qui ſunt ſecundæ & tertiæ figuræ in primam reduci, ſed etiam qui per impoſsibilis reductionem quicunq; per oppoſitam propoſitionẽ ei concluſioni, quæ eſt contingit, nulli uolũt impoſſibile nulli concludere. Quoniam illud contingit nulli, tranſmutatur in illud contingit omni, niſi per oppoſita utriuſq;, id eſt, contingere nulli, & contingere omni, colligatur illud impoſſibile. At propter propoſitionem oppoſitam uni, & dimidia contingentis dicitur colligi, concluſio, ac illud profectò euenit propter trãſmutationẽ illius nullus, & quod nonnulli mo-

di in alijs materiebus aſyllogiſtis aſyllogiſtici eueniunt propter contingentem, ut qui ſunt ex duabus uniuerſalibus negatiuis propoſitionibus omnes, & ex uniuerſali negatiua minore, & in prima & tertia figura, Ac de his quidem hacte nus. Sunt autem præter memoratos ſyllogiſmos alij ſyllogiſmi, qui hypothetici nominantur, nu mero quidem ſex, quorum primus quidem idem eſt cum prædicatorijs (quos categoricos illi uocant) ſyllogiſmis, differens tantum in eo, quod eſt per hypotheſim efferri: reliqui uerò aliter habent. Sed exemplo hi quoq; ipſi explicentur, et primus qui categoricis ſimilis eſt, inducatur. ὑποθετικοί.

Si de⁹ iuſtus eſt, ſunt in inferno iudicia,
Si ſunt in inferno iudicia, immortales animæ.

Hic igitur in primo modo primæ figuræ categoricorum ſyllogiſmorum refertur duntaxat, quod hypotheticus eſt differens, ut iam dictum. Quod ſi negatiuũ fuerit propoſitũ problemata, et per primam figuram etiam reliquorũ hypotheticorum fiet conſtructio. Secũdus modus hypotheticorum, ex antecedente & conſequẽte poſitione antecedentis, colligit conſequens, ut,

Si homo eſt, etiam animal eſt.
Atqui homo eſt,
Ergo etiam animal.

3 Tertius ex antecedente & conſequente per empto conſequente, perimit antecedens, ut,

Si homo eſt.
Etiam animal eſt,
Atqui animal non eſt,
Neq; igitur homo.

Ducitur autem hoc & cum oppoſitione conuertendo, ut ſi conuertas ab animali, ad hominẽ oppoſite, nam per primam poſitionem conuertere, impoſſibile eſt, niſi in æquiualentibus terminis, ut homine, & riſibili: In ijs namque conuerſio etiam abſq; oppoſitione uera.

Nam ſi homo eſt,
Etiam riſibile,
Et ſi riſibile,
Etiam homo,

In inæqualibus uero nequaquam. at quæ cum
4 oppoſitione conuerſio in his eſt cõcinna. Quartus modus ex negatiuo nexu poſitione unius cõnexorum reliqua perimendo: ut, non idem eſt et homo & equus & bos: atqui homo eſt, non ergo

go cætera. Quintus qui ex duobus aut pluribus diſiunctis cōiunctionibus poſitionem unius reliqua extinguens uel ſimpliciter ex eis, quæ abſunt à uero inducit reliqua: ut, 5

Vel dies eſt uel nox,
Atqui dies non eſt,
Nox igitur eſt.

Vel rurſus ut ſit ſextus modus,

Hoc illo maius uel minus uel æquale eſt,
Atqui neq; maius neq; minus,
Aequale igitur.

Ac totidem ſunt hypothetici, at in ipſis quinque inſpectantur, antecedens, ut homo, conſequens & ſecundum Stoicos deſinens uocatum, ut animal copulatũ, qđ à Stoicis tropicō dicitur, qđ antecedens & cōſequēs colligit ut, ſi hōeſt, etiã animal ē. trãſmutatio, quæ præſũptio, hoc eſt, prolepſis appellatur: Concluſio quæ illatio quoq; nominatur, & aliquando copulatum, aliquãdo trãſumptio, quãdoq; etiam utraq; ad ambiguitatem ac quæſtionē perueniunt, quæ ꝑ categoricum quoq; interim ſyllogiſmum demonſtrantur, ac ita inde poſt per categorici ſyllogiſmi horum demonſtrationem hypoteticus etiam texi-

tur ac perficitur.

DE PROPOSITIONVM *facultate.*

AT iam ad totius philoſophiæ ueniamus fundamentum, quod de facultate propoſitionũ eſt, cuius utilitas ac intentio uel etiã ex ipſa colligi, ac cõiectari appellatione poteſt. Vt enim propoſitionib. abundemus omni quocũq; ꝑpoſito ambiguo problemate admirãda quædã doctrina cõparetur, ꝑ quam propoſitionibus referti eorũ qui in problemate ſunt terminorũ communicationẽ uel alienationẽ per concluſionẽ demonſtremus. Tradiderũt igitur talẽ doctrinã ꝑ quandã inſpectionẽ præceptores mei lõgè acutiſſimi ac pitiſſimi, paucis, maximo quodã tanꝗ cẽtro, cunctã propemodum philoſophiam comprehendente, id autem eſt huiuſmodi: Quomodo unumquodq; problema ad inueſtigandum prolatum duobus eſt comprehenſum terminis. altero certè termino aliquo medium locum tenente, egemus, conuenire faciente extrema ad ſe inuicem, ſiue utcunque diſcriminante ac diſtinguente. Sumit itaq; philo

ſophus

ſophus pro uno ac primo termino ſiue extremo a elementum ,pro extremo autem altero, e. pro medio uerò termino b c d f g h . tria qui quidem,propter ad primum extremũ medij ter mini talem relationẽ & qualitatẽ.altera aũt tria propter relationẽ ad extermũ.Tris namq; quoſdã qualitates ad utrũq; extremũ medi9habet uel enim ſequẽtiũ ipſa medi9eſt,hoc ẽ,uniuerſaliorũ uel eorũ in quibus ſequuntur,hoc eſt,particularium,uel alienorum.Capitur itaq; b quidem loco ſequentium a,hoc eſt,primum extremum, c loco eorum in quibus ſequitur:d loco alienorũ. Rurſus f loco ſequentium e,hoc eſt extremum terminum:g loco eorum in quibus ſequitur: h autẽ loco alienorũ.Inde pro uno termino medio duo elementa in unoquoq; problemate ſumuntur,propter relationem & qualitatẽ q̃ ad utraq; extrema medius termin9 habet:ut exẽpli cauſa ſit quæſitum,ſi homo animal eſt.quærim9 igitur mediũ terminũ per quem connectamus inuicem ꝓblematis terminos,hoc ẽ homini animal ſit me dius terminus rationale.hoc igitur rationale binas habet relationes,unã quidem ad animal,aliã uerò ad hominẽ:& eſt ſequentiũ quidẽ homiem

eorum autem in quibus ſequitur animal. Volen*tes igitur p̄ hoc medio termino elemēta aſſumere, c f aſſumim⁹, duopro uno termino medio, p̄pter duplicem (ut diximus) huius relationem, et eſt quidem c, hoc eſt, rationale, eorum in quibus ſequitur a, hoc eſt animal, f autem, hoc eſt ipſum rurſus rationale, ſequentium e, hoc eſt hominē, & dicimus a, hoc eſt animal, omni ineſſe rationali, hoc eſt c f*. Ipſum *autem rurſus rationale, omni e, hoc eſt homini. a igitur hoc eſt animal, omni e, hoc eſt homini*. Ita *igitur etiam in omnibus problematis duo elementa loco medij termini, ab ſequentibus extrema, uel eorum quæ hæc ſequuntur, uel alienorū aſſumimus, propter horum medium terminum qualiſcunq; fuerit, ſcienterq; indagamus ac excutimus*. At *de uno quoq; eorum dicendum eſt*. Nam *unum quodq; trium elementorum quæ ad a extremum, cuilibet eorū quæ ad ultimum extremum adiungunt, quamlibet iuncturam ad terminū aſſumendo, & in quali modo prædictorum triginta ſex, & in qua figura incidit inſpiciendo: ita omnes inueniemus modos ſyllogiſticos et aſyllogiſtos in parua hac ce & non parua inſpectione, nihil'que nos omnium*

mnium latere & præterire poterit. Ab igitur b f, in prima quidem figura, quattuor aſſyllogiſti inueniuntur modi, qui à maiore particulari aiente, uel particulari negatiua, uel indefinita aiēte, uel indefinita negatiua, & minore uniuerſali aiente. In ſecunda uerò figura aſyllogiſtus unus, qui ex duabus uniuerſalibus aientibus. In tertia uerò aſyllogiſti undecim, qui ex maiore particulari aiente, & minore uel particulari aiente, uel particulari negatiua, uel indefinita negatiua uel indefinita aiente, & rurſus à maiore particulari negatiua, & minore uel particulari aiente, uel particulari negatiua, uel indefinita negatiua, uel indefinita aiente. Ecce ex b f medio termino uiginti & unus abſoluti ſunt aſyllogiſti modi, in prima & ſecunda & tertia figura. Ab autem c f, in prima quidem unus ex duabus uniuerſalibus aientibus comparatur modus ſyllogiſticus, qui & primus & melior & præſtantior. In ſecunda autem aſyllogiſti quattuor, qui ex maiore particulari aiente, uel particulari negatiua, uel indefinita aiente, uel indefiuita. negatiua & minore uniuerſali aiente. In tertia itidem quattuor. duo ſyllogiſtici, qui ex maiore uniuerſali aiente,

iente, & minore particulari aiente, uel indefinita aiente. Et duo aſyllogiſti, qui à maiore uniuerſali aiente, & minore uel particulari negatiua uel indefinita negatiua. Ecce à e f, nouem modi perfecti ſunt, tres ſyllogiſtici & ſex aſyllogiſti, in prima & ſecunda & tertia figura à d f. In prima figura unus, qui etiam ſecundus in ipſa ſyllogiſticus, ex maiore uniuerſali negatiua & minore uniuerſali aiente. In ſecunda unus ſyllogiſticus, qui ex maiore uniuerſali negatiua & minore uniuerſali aiente, uniuerſalem negatiuam colligens concluſionem. negatiuæ ſiquidem omnes ſecundæ figuræ concluſiones. In tertia uerò quattuor. Duo ſyllogiſtici, ex maiore uniuerſali negatiua, & minore particulari aiente uel indefinita aiente: & duo aſyllogiſti, ex maiore uniuerſali negatiua, & minore uel particulari negatiua uel indefinita negatiua. Ecce etiam ab d f ſex ſyllogiſtici & à ſyllogiſti perfecti ſunt modi. quattuor quidẽ ſyllogiſtici, ſecũdus in prima et prim⁹ in ſecũda: quartus et ſeptim⁹ in tertia. duo aũt aſyllogiſti in tertia. Ab b g, ſexdecim in prima figuara aſyllogiſti gignũtur modi, q ex maiore particulari aiẽte, & mino-

minore uel particulari aiente uel particulari negatiua, uel indefinita negatiua: uel indefinita aiẽte: & ex maiore particulari negatiua, & minore uel particulari aiẽte, uel particulari negatiua, uel indefinita aiente uel indefinita negatiua: & ex maiore indefinita aiente, & minore uel particulari aiente, uel particulari negatiua, uel indefinita aiente uel indefinita negatiua: & ex maiore indefinita negatiua, & minore uel particulari aiente, uel particulari negatiua, uel indefinita aiente, uel indefinita negatiua. In ſecũda autem quattuor. Duo quidẽ ſyllogiſtici, ex maiore uniuerſali aiente, & minore particulari negatiua, qui etiã quartus in hac figura. etq ex maiore uniuerſali aiente indefinita negatiua, qui etiam ſextus. et duo aſyllogiſti, q ex maiore uniuerſali aiente, & minore uel particulari aiente uel indefinita aiente. In tertia autem ſyllogiſtici quattuor. Ex maiore particulari aiente, & minore uniuerſali aiente, qui etiam quintus in hac figura enumeratus eſt. & ex maiore particulari negatiua, & minore uniuerſali aiente, qui etiam ſextus. & qui ex maiore indefinita aiente, & minore uniuerſali aiente, qui etiam nonus

& qui ex maiore indefinita negatiua, & minore uniuerſali aiente. qui etiam decimus. Ecce etiam ab b g, uiginti & quattuor procreati ſunt modi, ſex ſyllogiſtici & decem & octo aſyllogiſti. Ab autem c g. in prima quidem figura quattuor emergunt modi. Duo quidem ſyllogiſtici, qui ex maiore uniuerſali aiente, & minore particulari aiēte, qui etiam tertius in hac figura, et qui ex maiore uniuerſali aiente, & minore indefinita aiente qui etiam quintus. Duo autem aſylogiſti, qui ex maiore uniuerſali aiēte, et minore uel particulari negatiua, uel īdefinita negatiua. In ſecūda uerò figura ſexdecim aſyllogiſti, q ex maiore particulari aiēte, et minore uel particulari aiēte, uel particulari negatiua, ul' indefinita aiente, uel indefinita negatiua, uel particulari negatiua maiore, minore autē ul' particulari aiēte, uel particulari negatiua, ul' īdefinita aiēte, ul' indefinita negatiua, uel maiore indefinita aiente, minore autem uel particulari aiente, uel particulari negatiua, uel indefinita aiente uel indefinita negatiua. & ex maiore indefinita negatiua, & minore particulari aiente uel particulari negatiua, uel indefinita aiēte, uel indefinita negatiua.

tiua. In tertia autem unus ſyllogiſticus, qui etiã primus in hac figura; ex duabus uniuerſalibus aientibus particularem aientem colligit concluſionem. In hac ſiquidem figura (ut prædictum eſt) uniuerſalis aiens, non colligitur concluſio. Ecce etiam ab c g, uiginti & unus indagati ſunt modi. Ab autem d g, in prima quidem figura quattuor reperiuntur modi, duo quidem ſyllogiſtici ex maiore uniuerſali negatiua, & minore particulari aiente, qui etiam quartus in hac figura. & ex maiore uniuerſali negatiua, & minore indefinita aiente, qui etiam ſextus: duo autem aſyllogiſti, qui ex maiore uniuerſali negatiua, & minore particulari negatiua uel indefinita negatiua. In ſecunda ſimiliter quattuor. duo qudem ſyllogiſtici, ex maiore uniuerſali negatiua, & minore particulari affirmatiua, qui etiam tertius in hac figura. & ex maiore uniuerſali negatiua, & minore indefinita aiẽte, qui etiam quintus. Duo autem aſyllogiſti, à maiore uniuerſali negatiua, & minore uel particulari negatiua, uel indefinita negatiua. In tertia autem figura, unus ſyllogiſticus, qui ex maiore uniuerſali negatiua, & minore uniuerſali aiente, qui etiã ſecũdus in hac figu-

figura. Ecce à d g nouem in tribus figuris abſoluti ſunt modi. Ab autem b h in prima quidem quattuor aſyllogiſti indagati ſunt modi, à maiore, uel particulari negatiua uel particulari aiente, uel indefinita negatiua, uel indefinita aiente, & minore, uniuerſali negatiua. In ſecunda uerò unus, qui ſecundus ſyllogiſticus emergit modus, qui ex maiore uniuerſali aiente, & minore uniuerſali negatiua. In tertia, quattuor aſyllogiſti, ex maiore particulari aiente, uel particulari negatiua, uel indefinita aiente uel indefinita negatiua: & minore, uniuerſali negatiua. Ecce etiam à b h nouem in tribus figuris emerſerunt modi. Ab autem c h in prima quidẽ figura aſyllogiſtus unus, ex maiore uniuerſali aiente & minore uniuerſali negatiua. In ſecunda uerò quattuor aſyllogiſti. à maiore uel particulari aiente uel particulari negatiua, uel indefinita aiente, uel indefinita negatiua, & minore uniuerſali negatiua. In tertia autem unus aſyllogiſtus. à maiore uniuerſali aiẽte, & minore uniuerſali negatiua. Ecce etiam à c h ſex aſyllogiſti modi apparuerunt in tribus figuris. Ab autem d h in prima quidem figura unus aſyllogiſtus

giſtus inuenitur modus, qui ex duabus uniuerſa libus negatiuis, & in ſecunda ſimiliter, et in tertia eodem modo. Ecce etiam à d h tres aſyllogiſti emerſerunt modi, in tribus figuris. Cunctos itaque collectos ſyllogiſticos & aſyllogiſtos, qui omnes ab elementis, ad terminos aſſumpti ſunt, per tres figuras editos modos, octo ſupra centum inueniemus, nullo in qualibet figura propoſitorum triginta ſex modorum relicto. Nam ter trigintaſex, centum octo complent. Ita etiam eos, qui ſunt ab omnibus hexadibus, non eos modò, qui ex ſubiecto ſunt & prædicato, ſed etiam qui ex tertio apprædicato, ſiue adiacente ſunt, huic doctrinæ annectes. Ac ſi eos qui ſunt cum modis, & hinc mixtione facta, his annumeres etiam myriadas illas ſyllogiſmorum, ſi in unum committere uolueris, omnes hac mirabili doctrina cõtentos deprehendes, & horum nullum inuenies diſciplinæ ræticulum ſubterfugiens. Nam uniuerſa (ita auſim dicere) ſapientia in hoc exiguo maximoq; examine comprehenditur. Termin9 ac perfectio ſyllogiſmorũ in his eſt, in qui-

bus,

bus, ipſi ratiocinando ueritatem inuenimus, & ab alijs diſputata cognoſcere poterimus, ubi rectè habeant & ubi non. At quemadmodum in frumento zizania coaleſcunt, & roſis adhærent uepres, ſalubribusq; medicinis uenena diluuntur, ita etiam cum ſyllogiſmis paralogiſmi cõmiſcentur, non ſyllogiſmorum modò erratum inducentes, materia & propoſitionibus ſophiſticis ueritatis colorem exhibentibus, ad falſum & captionem ineruditos deuoluunt. Profectò oportet, ſicut medicos ſapientes uenera, ita peritos philoſophos paralogiſmorum modos noſſe, quò non in falſum pro uero labantur,

PARALOGISMI PER Dictionem.

MODI igitur paralogyſmorum per dictionem quidem ſunt ſex, per æquiuocationẽ, per amphibologiam, per compoſitionem, per diuiſionem, per accentum, & per figuram dictionis. Extra uerò dictionem ſunt ſeptem, per accidens, per ubi aut ſimpliciter, per elenchi inſcitiam, per conſequens, per

id quod eſt in principio quæri, per id quod eſt ponere nõ cauſas ut cauſam, quod etiã non per hoc dicitur, per id quod eſt pluresinterrogationes unam facere, quod ut apertius ſit exemplis illuſtrabitur. Per æquiuocationen exemplum,

Animal animatum eſt,
Atqui ſcriptum animal eſt,
Ergo ſcriptum animatum eſt.

Quod eſt falſum. Per amphibologiam,

Quod quis uidet, id omnino uidet,
Columnam uidet ille,
Ergo columna uidet.

Per amphibologiam autem dicitur, quod ambigitur in hoc, id omnino uidet, utrum ipſe uideat uidens: proinde debet reſpondens diſtinguere, ne occultè in captionem irrepat.

Per compoſitionem exemplum,

Poßibile eſt ſedentem ambulare,
Atqui ſedet ille,
Ergo ambulat.

Per compoſitionem uerò dictiur, quod in hac habet paralogiſmum, quod ſenſus bifariam poſſit accipi: Nã ſi diuidas ſedentem ab ambulare, non eſt captio, Poßibile ſiquidem eſt, ſurgere

& ambulare.at compoſitum paralogiſmũ fecit. Per diuiſionem. *Vt quinque duo & tria, in numeros diuidi non poſſunt, quinque igitur in numeros diuidi nõ poſſunt, hoc falſum. Euenit autem falſum à diuidente quinq; in propoſitione in duo & tria per ſe neutrum in numeros diuidi poteſt.* Nam *dualitas in unitates diuitur, atqui unitates numeri non ſunt. Et trinitas in unitatẽ & dualitatem. Dualitas autem numerus non nũ meri. inde à partibus & circa totum concluſio enuntiatur.* Per *accentum, ut,*

> *Qui cecîdit lapſus eſt,*
> *Milo Clodium cecîdit,*
> *Ergo Milo lapſus eſt.*

Per figuram autem dictionis hoc modo.

> *Diſcere exercitatorium eſt,*
> *Exercere aũt circa diſciplinã docere eſt,*
> *Ergo diſcere docere eſt.*

PARALOGISMI EXTRA *dictionem.*

PER *accidens, ut,*

> *Socrates alter eſt à Coriſco,*
> *Coriſcus eſt homo,*

Socrates igitur aliud eſt ab homine.
Non natura aliud, ſed impreſsis proprietatibus.
Atqui proprietates impreſſæ præter naturam,
ſunt non idem quod natura. Concluſio autem ab eis, quæ ſunt præter naturam ſumens alteritatem ad naturam, intulit quod Socrates aliud ab homine ſit. Per accidens quoq; illa, ut,

Homo eſt animal,
Animal uerò genus,
Igitur homo eſt genus. Rurſus,
Homo animal,
Animal triſyllabum,
Ergo homo triſyllabum. Item,
Homo animal,
Animal neutrum,
Homo igitur neutrum.

Hæc igitur & huiuſmodi, per accidens habent captioſam concluſionem. Per accidens autem dicitur, quod de animali non per eſſentiam prædicantur dicta, ſed ſenſibile & animatum etiã corpus et ſimpliciter quæcũq; ad animalis ſumũtur diffinitionẽ, hæc de ipſo prædicantur eſſentialiter. De genere aũt nomẽ nequaq̃ quemadmodum neq; diſsyllabum uel neutrũ uel ſimpliciter Per accidẽs quid.

quæcunq; prædicare feceris nomina indagen-do, quæ non indiffinitione huic competunt. Quoniam igitur, homo eſſentialiter ſubijcitur animali. De animali autem per accidens prædicatur genus, ſicut etiam reliqua, hac de cauſa paralogiſmus contingit eorum, quæ prædicantur de animali per accidēs, et quæ cum homine copulantur, qui eſſentialiter animali ſubijcitur.

Paralogiſmi per Vbi uel Quādo.

Qui autē per ubi ſimpliciter paralogiſmi ſunt, uel quando, ea quæ ſunt ubi, quod eſt ſimul prædicata ſimpliciter, hoc eſt, propriè prædicata fuerint, ut,

Pater maior eſt cauſa,
Cauſa autem per naturam,
Ergo pater maior per naturam.

Falſum eſt, quod cauſa copulata eſt naturæ ſi quidem pater maior eſt filio cauſa quæ per naturam, quod ergo dictum eſt, paralogiſmum fecit, ut dicitur hic paralogiſmus per ubi. nā propterea quod ubi dictum eſt, & ibi ſimpliciter et in compoſitè dicta ſunt, inde locum captio cœpit. Neque enim omnia quæ ſimul prædicata ſunt, propriè etiam prædicantur, neq; quæq; propriè, ea etiam ſimul, ſed illa & ſimul & pro

prie prædicari poſſunt, quæcunq; eſſentialiter prædicantur, ut, Homo animal rationale, mortale, intellectus & ſcientiæ capax. Hæc enim proprie & ſimul prædicantur de homine. Nam homo & animal dicitur, & rationale & mortale & ſimul hæc. Non tamen quæcunq; per accidens prædicantur, ea etiam proprie & uerum afferunt, & ſimul uera ſunt, ſed per alterum tantum, nō utiq; ubi & ſimpliciter. Per elenchi autem inſcitiam, ut duo ſunt & non dupla, dupla igitur non dupla. igitur duo eſſe dupla & nō dupla, uere dicitur utrunq; alia atq; alia ratione. Dupla ſiquidem ſunt unius, trium autem non dupla, non tamen in una eademq; re erunt dupla & non dupla. Si igitur in tali ſophiſmate ſuccumbat, per elenchi dicitur inſcitiam, qui ergo norit quid'nam ſit elenchus nō ſuccubuerit. Elenchus namq; eſt, contradictio unius & eiuſdē non tātum nominis, ſed rei & nominis, nō uniuoci, ſed eiuſdē ex eis quæ neceſſario data ſunt, non annumerato à principio per idē, & ad idem & identidem, & in eodem tempore, qui ergo talia omnia norit, non ſuccumbet captioni per inſcitiā elenchi: ut in propoſito ſophiſmate. nā qui

Paralogiſmi per elenchi inſcitiā.

Elenchus.

norit idem, ad aliud atq; aliud nõ idẽ debere efficere, eſſeq́; et nõ eſſe, nõ captabitur, ad idq́; qđ eſt dupla dicere non eſse dupla, ſed cõfeſtim inſtabit aduerſus ſecũ differentẽ, dicãdo nõ rectè dicis duo dupla protendens eſſe & non dupla, non enim ad idẽ dicuntur hæc eſſe, ſed ad aliud idẽ atq; aliud. Quoniã ad idem, hoc eſt, unitatẽ, duo dupla ſemper dicuntur, nec unquam non dupla eſſe dicerentur, ita confeſtim inſtãs, non ad captionem deuolueris, uerum quæ ſuperius de elenchi diffinitione dicta ſunt, ad uerbũ recognoſcamus. Elẽchus *eſt cõtradictio unius & eiuſdẽ. Si curæ ſit (inqt) differere nobis in diſputatione propoſitũ, & præter æquũ inſtantẽ debemus ſe oppugnantẽ cõuincere, & contraria enũtiatum oſtẽdere. hoc enim etiam cõtradictio dicitur, nõ de alio atq; alio. nam ſi dicat* Platonẽ *quidẽ differere, Socratem uerò neutiq́, nihil fuerit utiq; contrariũ ob hoc dicendo, contradictionẽ adiecit, unius et eiuſdẽ; nõ enim de alio tentat mentionẽ ipſi facere elenchũ proferẽdo: ſiquidẽ nõ id elẽchus eſt, ſed de uno & eodẽ. Sed quoniam multa ſunt nomine, unũ multa frequẽter ſignificat, ſicut uoces æquiuocæ, ut canis; et*

Elenchus.

bu-

huiuſmodi, alia diſtāt non nomine ſed re, non ſolum enim, inqt, nomē unū eſſe oportet, ſed etiā ſignificās rē unā, huius enim cauſa nō nominis ſolū poſuit, cū unum nomen ſit, ſed multa ſignificās: Ac ita *contraria aliquis dicens, nō mentietur, ut canis latrat terreſtris, ſiquidē latrat, marinus uerò non latrat.* Rurſus *quoniā non ſolū ex æquiuocatione cōtingit aliquē cōtraria dicere, neq; ob id mentiri, ſed etiā ab uniuocatione, ut,* Animal *ambulat,* Animal *non ambulat, contingit ſiquidē aliquod quidē deābulare, aliquod aūt nō.* Adiecit *etiā nominis nōuniuoci, ſed neq; cōnumerato, ait, eo qđ eſt in principio, hoceſt, non ſumpto quod in quæſtione poſitū eſt.* Hoc enim *in principio ad demōſtrationis rationē, nō enim per ſe oportet indicare quod nō per ſe.* Quādo*quidē neq; id elēchus eſt, eſt ſanè huiuſmodi, cū medius terminus, q alicui extremorū aſcitus ſit denominatus aliter iuxta prolationē elatus, et p huiuſmodi mediū textus fuerit ſyllogiſmus, uelu ti in pblemate eius qđ immortalis anima ſit, nāq; mediū incorruptilis, qđ æquè ualet ac immortale, et texatur ſyllogiſmus.* Anima *ĩcorruptibilis, incorruptibile immortale,* Anima *igitur immortalis:*

lis: nihil hic demonſtratum eſt, ſed quod à principio, hoc eſt, quod incorruptibilis. Rurſus,

Anima eſt intellectus,
Intellectus immortalis,
Anima igitur immortalis.

Idem enim eſt intellectus ſiue fortè rectius animus uel mens, & anima ac ſecunda propoſitio, quæ fuit in quæſtione, quod intellectus immortalis, ſed per idem (inquit) ſi unũ et idem et neq; æquiuocum, neq; uniuocum fuerit dictum, neque in principio ſumptum ſit, pro aliam atq; aliã partem dixerimus exiſtere aliquid eidem, & nõ exiſtere uerum dici contingit, ut, Aethiops niger, & nõ niger. nam in cute quidem niger eſt, dentibus autem non niger. At etiam ad idem nõ ad aliud, ait, dici debet hocce aliquid eſſe & nõ eſſe, quemadmodum prædictus paralogiſmus, quod duò dupla et non dupla ad aliud ſiquidem, et aliud hoc eſſe dicitur, non oportet autẽ aliud, ac aliud, ſed ad idem indicare et aientem & abnegantem diſputatorem, ſi curet quidẽ ipſum cõuincere ſibi contradicentẽ. Cæterũ ſimiliter inquit uel neq; qdem hoc potẽtia, illud uerò actu, quoniam ne ita quidẽ eſt contradicere, nã infantem

tem dicendo locutilem & non locutilem, nō eſt contradicere, quippe, q potentia quidem ſit locutilis, actu autē necdum & in eodem inquit tempore. Nam quod alio atq; alio tempore malum et non malū idem dicitur, non impoßibile eſt. Hæc autē omnia ſcire opus eſt ei, qui capi nolit, et alium captum uelit carpere. proinde niſi norit hoc neq; capere potuerit, & ipſe fallere ſtudentibus poterit occurrere: & perinde, hoc eſt, quod per elēchi inſcitiam uocauimus. Per conſequēs, ut, Paralogiſmi per conſequens.

Voranus noctu uagatur,
Noctu uagans fur eſt,
Ergo Voranus fur eſt.

Falſò enuntiatum eſt, non enim neceſſe omnem noctu uagantem etiā furem eſſe. dicitur autem p conſequens, quod ſequatur furē uagari noctu, capi autem præpoſterè ac cōuerſim poteſt, quod etiā noctu uagās ſit fur, & corripi argumēti ratio, quoniā nō ita habere, cōuertēdo depræhēditur. Per id qđ eſt in principio quæri uel ſumere. Per id quod eſt in principio quæri. Fiunt quidē ita etiā totidē modis, quot cōtingit à principio quæri, ſeſe uidētur carpere, quod non poßint perſpicere idē ac aliud qđ eſt p ſeſe indicare, quod neq; per ſe apertū eſt, et propoſitionē

efficere problemata: ut in eo quod eſt per elenchi inſcitiã oſtēſum. Per id quod eſt, nõ cauſam ponere ut cauſam. fit ſanè hoc, in ſyllogiſmis per impoſsibile, cum diuiſim ab hypotheſi nihilominus terminatur impoſsibile, ut ſi uelimus oſtendere per impoſsibile, quod album inſit non omni animali: dicimus ita,

Per id qđ eſt nõ cauſſam ponere ut cauſſã.

Si omni animali inſit album,
Animal uerò omni animato,
Animatum autem omni ſtirpi,
Animal igitur omni ſtirpi.

Quod eſt perquam abſurdum, neq; per hypotheſim euenit, quæ fuit album omni animali, ſed per illam quæ dicebat, quod animal omni animato, proinde non demonſtratum eſt tali adductione. Propoſitum fit autem hoc in eo quod ſuprà, & in eo quod infrà, hoc eſt, ad prædicatum terminum hypotheſeos, & ad ſubiectum & in utroq;. Porrò bifariam in eo quod ſuprà, & in eo quod infrà, hoc eſt, antepoſitũ prædicatum propoſitionum & poſt prædicatũ, & ante ſubiectũ & poſt ſubiectũ, ac conſpicuè cum ad nullũ hypotheſeos terminum, qui per impoſsibile copulet ſyllogiſmum, ut, Album omni animali,

Ani-

Animal omni ſenſibili,
Senſibile omni inanimato,
Inanimatum omni ſtirpi,
Senſibile igitur omni ſtirpi, quod eſt abſurdum.

Ecce ad nullum hypotheſeos terminum, hic per impoßibile collectus eſt ſyllogiſmus. Per id quod eſt plures interrogationes unã facere, ut, Socrates & Plato homo eſt, qui igitur plures interrogationes unã facit, ita ſophiſma format, *Paralogiſmus Per id quod eſt plures interrogationes, unam facere.*

Ille ſocratem & Platonem cædit,
Socrates & Plato homo eſt,
Ille igitur hominem, nõ homines cædit.

Falſũ eſt in utroq;, ſiue ſingularẽ et unũ numero hominẽ noſcemus, ſiue eũ q in ſpecie, in neutro horũ uera eſt concluſio. Dicitur autẽ per plures interrogationes unã facere, qđ unũquodq; ſubiectũ ꝓpriè eget interrogatione, alia quidẽ de Socrate, alia autẽ de Platone ſi debeat aliqs accurate reſpõdere, & non confundet differẽtias ſubiectoꝝ, ne fallãt. q autẽ cõmiſcet differentia ſubiecta et tãq̃ de uno multa interrogãs captauit reſpõdentẽ, ſi adact⁹ ſit eius interrogatiõe tãq̃ de unoetiã ipſe ſubiecto reſpõderit. In his ꝑalogiſmo

rum.

rum modis, conſpicua & euidens integritas eſt, nec in alijs poſita modis, qui à materia & modis fallaciam auferant. Nã ſyllogiſtici modi inſtrumenti rationem retinentes, ad ſubiectam ipſis materiam etiam ſyllogiſmos effingunt, Demonſtratiuos, uel dialecticos, uel rhetoricos, uel ſophiſticos, uel poëticos. Qui igitur ex ueris propoſitionibus texti ſunt ſyllogiſmi, ueri ſunt, ac demõſtraui nominantur. Qui aũt ex magis quidem ueris, minus uerò falſis, ſimiliter propoſitiones habent, Dialectici ſunt nomine appellati. Qui autem æquè uerum ac falſum continent, ipſi quoq; digeſti propoſitionibus Rhetorici eſſe dicuntur. Qui porrò magis quidem falſis minus autem ueris, nec minus ſuas uidentur habere propoſitiones, ſophiſtici nominati ſunt. Qui autem ab undique falſis ubique falſi ſunt, & poëtici & fabuloſi nominãtur, in ſingulis quorum ſua quædã eſt animæ uis unde producũtur & exoriuntur. Nã cũ ſint quinq; quodammodo animales potẽtiæ, mens, animi ſentẽtia, opinio, imaginatio & ſenſus, Animi ſententia quidem artificis locum obtinet, & effectrix cauſa eſt ſyllogiſmorum, ut etiam è ſenſu animi hætymologia

logia exorta eſt: Animi ſententia ſiquidem eſt trames quidã & uia notionis à propoſitionibus ad concluſionem, reliquæ autem tanquam quidam theſauri in animi ſententia, ad propoſitionũ aſſumptionem exortæ ſunt. Enimuero animi ſententia, uel à mente propoſitiones capit, & demonſtratiuum facit ſyllogiſmum, uel ab opinione, quæ in duas diuitur opiniones, rationalem et irrationalem, & ſi quidem ab rationali facit dialecticum, ſin autem ab irrationali, rhetoricum, uel ab imaginatione quam uocant Græci phantaſiam, & ſophiſticum conſtituit, uel à ſenſu, et poëticum efficit, ſed referatur quilibet etiam ſyllogiſmus demonſtrationis cauſa,

Deus iuſtus eſt,

Iuſtus diſtributor unicuique ſecundum ſuam dignitatem dat.

Deus ergo diſtributor eſt unicuiq; ſecũdum ſuam dignitatem.

Quam omnino uerus, ac demonſtratiuus eſt.

Rurſus, Deus omnium cauſa eſt, unũ quoddam omnium cœlum, terra, & omnia alia, cum omnibus etiã uitiũ eſt, Deus igitur cauſa cœli, terræ, omnium cum omnibus etiam uitij multa

in

in parte uerus, qui & dialecticus. Rurſus,

Pedius noctu uagatur,
Noctu uagans fur eſt,
Pedius ergo fur eſt.

Partim uerus cum falſo communicans, is etiam rhetoricus. Rurſus, Quæcunq; dicis ex ore tuo exeũt, atqui dicis currum, mare, & reliqua omnia. Ergo hæc ex ore tuo exeunt, plurima in parte falſus qui & ſophiſticus. Item,

Achillis equi differebant,
Differere rationalium eſt,
Achillis igitur equi rationales.

Omnino falſus, qui & poëticus & fabuloſus. Demõſtratiui igitur ſyllogiſmi, quoniam de ueritate curam habent, alterutram cõtradictionis partem ueram conſtituunt. Reliqui autem de ueritate non admodum curam habentes, utramq; contradictionis partem poſſunt ſtatuere, ut in dialecticis,

Deus omnium cauſa,
Vnum quiddam ex omnibus eſt uitium,
Deus igitur uitij eſt cauſa.

Rurſus,

Quæcunq; facit Deus, bona facit,

At

At q uitiũ nullum in numero bonorũ eſt,
Nullius ergo uitij productor Deus eſt.
Item ut in Rhetoricis,
Aurelius noctu indagat,
Noctu indagans ſicarius eſt,
Aurelius ergo ſicarius eſt.
Item,
Aurelius ueritus ſpectari, noctu indagat,
At qui pudore ſuffuſus, ſi uideatur noctu indagat ſicarius non eſt.
Aurelius ergo ſicarius non eſt.
Item in ſophiſticis,
Quæ non abieciſti habes,
Cornua non abieciſti,
Ergo cornua habes. Iterum,
Quæ non ſumpſiſti non habes,
Cornua non ſumpſiſti,
Cornua igitur non habes.
Itidem in poëticis,
Achillis equi diſſerebant,
Diſſerere rationalium eſt,
Ergo Achillis equi rationales.
Rurſus,
Achillis equi diſſerebant,

Atqui diſſerere non per naturam diſſerere eſt rationalium.

Achillis igitur equi rationales non ſunt. Perinde in omnibus citra ſyllogiſticos poſitis ſyllogiſmis, idem inuenies. Deniq; hæc circum ſpectorum dialecticorũ ſpecies eſt ualidiſſima. Interragatio, Contradictio, & contrarij in reſpondendo ex aſſumptis aſſertio, ac ſi contradictionis pars uera ſit, dicat reſpondens, alijs captioſis aſſumptis ad falſum perducendo: ſin autem falſa contradictionis pars fuerit, in abſurdum reductio ipſum coarguat.

Habes ſyllogiſmorum omnes tam uerorum quàm falſorum ſpecies, breui quoad fieri potuit tractatu compræhenſas, ad uerum excutiendũ falſumq; auertendum. Habes totius tractandæ Philoſophiæ inſtrumentum, conſpicuamq; traditionem, unde & numerorum proportiones, & modulatuum conſonantiæ, & magnitudinum emenſiones, et errantium ſtellarum diaria interualla, ad (ut uno complectar uerbo) ſcientiæ omnes, & quæuis arte excogitatæ diſciplinæ ſine controuerſia à priſcis doctiſſimis uiris emerſerũt. Proinde, qui circa Philoſophiã ſepa

ratim perſeſe incitati uerſatiq; ſunt, experientiam quidem nacti, ſcientiam uerò non proſus tutã aſſecuti ſunt, niſi hac duce, atqui hinc tãquã ab aliquo commoti ſtimulo, ad capeſcẽdas ſe accingit diſciplinas. Senſim quidem primo obarmatus munietur, at ſubinde cœlo caput figet, & terræ ueſtigium, quippe qui compos eſt ſyllogiſmorum haud quaquam uagis, ſed neceſſitatem afferentibus ductibus, omnem ſcientiam nedum artem inueſtigare potuerit.

NICEPHORI INSIGNIS Philoſophi dialecticæ FINIS.

f Oppo-

OPPOSITIONVM formula.

Omnis ho- mo ambulat CONTRARIAE *Nullus ho- mo ambulat*



Aliqs ho- mo ambulat SVBCONTRARIAE *Aliqs homo non ambulat*

CHIRII FORTVNA TIANI CONSVLTI DIALE- ctica, cæteris omnibus & doctior & argutior.

INCVNABVLA RATIO- nis diſcendi.

DIALECTICA eſt, *bene diſputandi ſcientia. Diſputamus autem utique uerbis. Verba autem aut ſimplicia, aut coniuncta. Simplicia ſunt, quæ unum quiddam ſignificant: ut quum dicimus homo, equus, diſputat, currit. Nec mireris quod diſputat, quamuis ex duobus compoſitum ſit: tamen inter ſimplicia numeratū eſt. Nā res illuſtratur definitione. Dictū eſt enim id eſſe ſimplex, quod unum quiddā ſignificat: Itaq; hoc includitur hac definitiōe qua nō includitur quū dicimus loquor. Quāuis enim unum uerbum ſit, non habet tamen ſimplicem ſignificationem: Siquidem ſignificat etiam perſo-*

nam quæ loquitur: ideo iam obnoxium eſt ueritati aut falſitati. Nam & negari & affirmari poteſt. Omni itaq; prima & ſecunda perſona uerbi quamuis ſingillatim enuncietur, tamen inter coniuncta uerba numerabitur, quia ſimplicem nō habet ſignificationem. Siquidem quiſquis dicit ambulo, & ambulationem facit intelligi, & ſeipſum qui ambulat: & quiſquis dicit ambulas, ſimiliter & rem quæ fit, & eum qui facit ſignificat. At uerò, qui dicit ambulat, nihil aliud quā ipſam ſignificat ambulationem, quamobrem tertia perſona uerbi ſemper īter ſimplicia numeratur, & nondum aut affirmari aut negari poteſt, niſi quum talia uerba ſunt, quibus neceſſariò co perſone ſignificatio conſuetudine loquendi: ut quum dicimus, pluit aut ningit, etiam ſi nō addatur quis pluat aut ningat, tamen quia intelligitur non poteſt inter ſimplicia numerari. Coniuncta uerba ſunt, quæ ſibi connexa, res plures ſignificant, ut quum dicimus, homo ambulat, aut homo feſtinans in montem ambulat, et ſiquid tale. Sed coniunctorum uerborum alia ſunt, quæ ſententiam comprehēdunt, ut ea quæ dicta ſūt, alia expectant aliquid, ut ea ipſa quæ nunc diximus,

mus, ſi ſubtrahis uerbum, quod poſitum eſt. Quamuis enim uerba coniuncta ſint homo feſtinans in montem, tamen adhuc pendet oratio. Separatis igitur his coniunctis uerbis, quæ non implent ſententiam, reſtant ea uerba coniuncta, quæ ſententiam comprehendunt. Horũ *item duæ ſpecies ſunt, aut enim ſic ſententia cõprehenditur, ut uero aut falſo teneatur obnoxia: ut eſt omnis homo ambulat, & ſiquid huiuſmodi eſt. Aut ita impletur ſententia, ut licet perficiat propoſitum animi, affirmari tamen negari ue non poßit: ut quum imperamus, optamus, quum execramur et ſimilia.* Nam *quiſquis dicit, perge ad uillam, uel dij illum perdant, non poteſt argui quod mentiatur, aut credi quod uerum dicat.* Nihil *enim affirmauit aut negauit. Ergo nec tales ſententiæ in quæſtionem ueniũt, aut diſputationẽ requirũt. Sed illæ quæ requirũt aut ſimplices ſunt, aut cõiunctæ. Simplices ſunt quæ ſine ulla copulatione ſententiæ alterius enũciantur, ut eſt illud quod dicimus: omnis homo ambulat. Cõiunctæ ſunt, de quarũ copulatione iudicatur, ut eſt, ſi ambulat mouetur. Sed cũ de coniunctione ſententiarum iudicium fit, tamdiu*

eſt donec perueniatur ad ſummam. Summa eſt autem, quæ conficitur ex conceſſis. Quod *dico tale eſt, qui dicit ſi ambulat mouetur, probare uult aliquid, ut quum hoc conceſſum eſt uerum eſſe, reſtet illi docere, quod ambulet, & ſumma conſequatur quæ iam negari nõ poteſt, id eſt, quod mouetur, aut reſtet illi docere, quod non mouetur, ut conſequatur ſumma, quæ item non poteſt non concedi, id eſt, quod non ambulet.* Rurſus, *ſi hoc modo uellet dicere:* Homo *iſte ambulat, ſimplex ſententia eſt, quam ſi conceſſero, & alia quæ aliquid expectant ad completionem ſententiæ, ſententiam comprehendunt, adiunxerit aliam.* Quiſquis *autem ambulat mouetur, & hanc etiam conceſſero, ex hac coniunctione ſententiarum, quamuis ſingillatim enunciatarum & conceſſarum illa ſumma ſequatur, quæ iam neceſſario concedatur, id eſt, homo iſte igitur mouetur.* His *breuiter conſtitutis, ſingulas partes conſideremus, nam ſunt primæ duæ.* Vna, *de ijs quæ ſimpliciter dicuntur,* Vbi *eſt, quaſi materia dialectica.* Altera *de his, quæ coniuncta dicũtur, ubi iã quaſi opus apparet.* Quæ *de ſimplicibus eſt, uocatur de loquen-*

quendo. Illa uerò quæ de coniunctis, in tres partes diuiditur. ſeperata enim coniunctione uerborum, quæ non implet ſententiam, illa quæ ſic implet ſententiam, ut nondum faciat quæſtio nem, uel diſputationem requirat, uocatur de elo quendo. Illa quæ ſic implet ſententiam, ut de ſententijs ſimplicibus iudicetur, donec perueniatur ad ſummam, uocatur de proloquendo. Illa quæ ſic comprehendit ſententiam, ut de ipſa etiam copulatione iudicetur donec perueniatur ad ſummam, uocatur de proloquiorum ſumma. Has ergo ſingulas partes diligentius explicemus.

QVID VERBVM, RES, Signum, Loquí, Literæ, etcætera.

VErbum eſt, uniuſcuiuſque ſignum, quod ab audiente poſſet intelligi à loquente prolatum. Res eſt, quicquid uel ſentitur, uel intelligitur, uel latet. Signum eſt, quod & ſeipſum ſenſui et præter ſe aliquid animo oſtendit. Loqui eſt, articulata uoce ſignũ dare. Articulatã dico,

Verbum. *Res.* *Signum.* *Loqui.*

quæ comprehendi literis poteſt. Hæc omnino quæ definita ſunt, & utrum hactenus uerba definitionis alijs definitionibus perſequenda fuerint, ille indicauerit locus quo definiendi diſciplina tradatur, nunc quod inſtat accipe intẽtus. Omne uerbum ſonat, quomodo enim eſt in ſcripto non uerbum, ſed uerbi ſignum eſt, quippe inſpectis à legente literis occurrit animo, quid uoce prorumpat. Quid enim aliud literæ ſcriptæ, quàm ſe ipſas oculis præter ſe uoces animo oſtẽdunt, & paulo antè ſigna eſſe diximus, quod et ſeipſum ſenſui & præter ſe aliquid animo oſtendit. Quæ legimus igitur non uerba ſunt, ſed ſigna uerborum: ſed ut ipſa litera cum ſit pars minima uocis articulatæ, abutimur tamen hoc uocabulo & ut appellemus literam etiam, quum ſcriptum uidemus, quamuis omnino tacita ſit, neque ulla pars uocis, ſed ſignum partis uocis appareat. ita etiam uerbum appellatur quum ſcriptum eſt, quamuis uerbi ſignum, id eſt ſignum ſignificantis uocis non eluceat. Ergo ut cœperam dicere: omne uerbum ſonat, ſed quod ſonat, nihil ad dialecticam. De ſono enim uerbi agitur, quum quæritur uel animaduertitur

Literæ.

tur

tur, quanta uocalium, uel diſputatione leniatur, uel concurſione dehiſcat. Item conſonantium, uel interpoſitione nodetur, uel congeſtione aſpiretur, uel quot uel qualibet ſyllaba conſtet, uti poëticus Rhythmus accentus'que à Grammaticis ſolarum aurium tractatur negotio, & tamen quia de his præter Dialecticam non eſt, hæc enim ſcientia diſputandi eſt. Sed cum uerba ſunt rerum quando de ipſis obtinēt. uerborū autem illa quibus de his diſputatur. Nam cum de uerbis loqui niſi uerbis nequeamus, & quum loquimur, nō niſi de aliquibus rebus loquemur, occurrit animo ita eſſe uerba, ſigna rerū ut res eſſe non deſinant, quum ergo uerbum ore procedit, ſi propter ſe procedit, id eſt, ut de ipſo uerbo aliquid quæratur aut diſputetur, res eſt utique diſputationi quæſtioni'que ſubiecta. Sed ipſa res, uerbum uocatur. Quicquid autem ex uerbo, non aures ſed animus ſentit, & ipſo animo tenetur incluſum, dicibile uocatur. Res autē ipſa, quæ iam uerbum non eſt, neque utique in mente conceptio, ſiue habeat uerbum, quod ſignificari poßit, ſiue non habeat, nihil aliud quàm res uocatur proprio iam nomine. Hæc er

go quattuor diſtincta teneantur, Verbum, Dicibile, Dictio, Res. Quod dixi uerbum, & uerbum eſt, & uerbum ſignificat. Quod dixi dicibile, uerbum eſt, nec tamen uerbũ, ſed quod in uerbo intelligitur, & animo continetur, ſignificat. Quod dixi, dictionẽ, uerbum eſt, ſed quod iam illa duo ſimul, id eſt, et ipſum uerbũ et quod fit in animo, per uerbum ſignificat. Quod dixi uerbum eſt, quod præter illa tria quæ dicta ſunt, quicquid reſtat ſignificat, ſed exẽplis hæc illuſtranda eſſe perſpicio. Fac igitur à quoquam Grammatico puerum interrogatum hoc modo. Arma quæ pars orationis eſt? quod dictũ eſt arma propter ſe dictũ eſt, id eſt, uerbum propter ipſum uerbum. Cæterũ non quod ait quæ pars orationis eſt, non propter ſe, ſed propter uerbũ, quod arma dictum eſt, uel animo ſenſa uel uoce prolata ſunt. Sed cum animo ſenſa ſint ante uocem dicibilia erũt: quum autem propter id quod dixi proruperũt in uocem dictiones facta ſunt.

Arma. *Ipſum uerò arma quod hic uerbum eſt, quum à Virgilio pronunciatũ eſt, dictio fuit. Non enim propter ſe prolatum eſt, ſed ut eo ſignificarentur, uel bella quæ geſſit Aeneas, uel ſcutum &*

cæ-

cætera quæ Vulcanus *heroi fabricatus eſt.* Ipſa *non bella uel arma, quæ geſta aut uti geſta ſunt ab* Aenea: *ipſa inquam, quæ cum gererentur atque eſſent uidebantur, quæque ſi nunc adeſſent uel digito monſtrare poſſemus aut tangere, quæ etiamſi non cogitentur, non eo tamen, ut nō fuerint.* Ipſa *ergo per ſe nec uerba ſunt, nec dicibilia, nec dictionem, ſed res, quæ iam proprio nomine res uocantur.* Tractandum *eſt igitur nobis in hac parte dialecticæ, de uerbis, de dicilibus, de dictionibus, de rebus, in quibus omnibus cum partim uerba ſignificentur, partim non uerba, nihil eſt tamen de quo non uerbis diſputare neceſſe ſit.* Itaque *de ijs primo diſputetur, per quæ, de cæteris diſputare conceditur.* Igitur *uerbum quodlibet excepto ſono, de quo bene diſputare ad facultatem dialecticæ pertinet, non ad dialecticam diſciplinam: ut defenſiones* Ciceronis *ſunt quidem* Rhetoricæ *facultatis, ſed non his docetur ipſa* Rhetorica. Ergo *omne uerbum, præter id quod ſonat, quattuor quidem neceſſariè uocat in quæſtionem, originem ſuam, uim, declinationem, ordinationem.* De origine

De uerbis.

uer-

uerbi quæritur, quũ quæritur, unde ita dicatur, Res mea ſententia nimis curioſa, & minus neceſſaria. Neq; hoc complacuit dicere, quod Ciceroni quoq; idem uidetur. Quis enim egeat autoritate in re tam perſpicua? Quodſi omnino multũ iuuaret explicare originem uerbi, ineptũ eſſet aggredi, quod perſequi profectò infinitum eſt. Quis enim reperire poßit, quo'd dictum fuerit, utrum ita dictum ſit. Huc accedit, quod ut ſomniorum interpretatio, ita uerborum origo, pro cuiq; ingenio iudicatur. Ecce enim uerba ipſa quiſpiam ex eo putat dicta, quod aurẽ quaſi uerberat, immo inquit alius, quod aërem. Sed quid noſtra, non magna lis eſt: nam uterq; à uerberãdo huius uocabuli originem trahit. Sed de trãſuerſo tertius uide quam rixã inferat, quod enim uerum nos ait loqui oportet odioſumq; ſit natura ipſa indicante mendacium. Verbum à uero cognominatum eſt. Nec ingenium quártum defuit, nam ſunt, qui uerbum à uero quidem putãt dictum, ſed prima ſyllaba ſatis animaduerſa, ſecundam negligi non oportere. Verbum enim quum dicimus, inquiunt, prima eius ſyllaba uerum ſignificat, ſecunda ſonum, hoc enim uolunt

[Margin: ἐτυμολογία — beside "ceroni quoq;"]
[Margin: Simile. — beside "eſt. Quis enim"]
[Margin: Verbũ unde dictum. — beside "cuiq; ingenio"]

lunt eſſe,bum.unde,Ennius ſonum pedum,bombum pedum duxit. & boaſſe Græci clamaſſe. & Virgilius reboāt ſyluæ. Ergo uerbum dictū eſt, à uerum boando, hoc eſt, uerum ſonando, quod ſi ita eſt,præſcribit quod hoc nomen, nequum uerbum facimus,mentiamur.Sed uereor, ne ipſi qui dicunt iſta, mentiantur.Ergo ad te iā pertinet iudicare,utrum uerbum à uerberādo, an à uero ſolo,an à uerum boando dictum putemus,an potius utrum ſit dictum nō curemus, cum quid ſignificet intelligamus. Breuiter tamen hunc locum notatum, hoc eſt, de origine uerborum uolo pauliſper accipias, ne ullam partem ſuſcepti operis prætermiſiſſe uideamur. Stoici uincunt,quos Cicero in hac re(ut Cicero uidet)nullum eſſe uerbū, cuius nō certa explicari origo poſſit: & quia hoc modo eos arguere facile fuit. Si diceres hoc infinitum eſſe, quibus uerbis alicuius uerbi originem interpretaris,eorum rurſus à te originem explicandā eſſe,donec perueniatur eo, ut res cum ſono uerbi aliqua ſimilitudine conueniat,ut quum dicimus, æris tinnitum, equorum hinnitum, ouium balatum, tubarum clangorem,ſtridorem catenarū.

Per-

Perſpicis enim hæc uerba ita ſonare, ut ipſæ res, quæ his uerbis ſignificantur. Sed quia ſunt res, quæ non ſonant in his ſimilitudinem tactus

Lenitas. ualere, ut ſi leniter uel aſperè ſenſum tangũt. Lenitas uel aſperitas literarum, ut tangit auditum, ſic eis nomina pepererit, ut ipſum lene cum obij

Aſperitas cimus leniter ſonat: item aſperitatem nõ & ipſo nomine aſperam iudicent. Lene eſt auribus cũ dicimus uoluptas: aſperum quum dicimus crux, ita res ipſæ afficiunt, ut uerba ſententiatur. Mel quàm ſuauiter guſtum re ipſa, tam leniter nomine tangit auditum. Ac re in utroq; aſperum eſt, Lana & Vepres, ut audiuntur uerba, ſic illa tãguntur. Hæc quaſi cunabula uerborum eſſe crediderunt, ubi ſenſus rerum cum ſonorum ſenſu concordarent. Hinc ad ipſarum inter ſe rerũ multitudinẽ proceſſiſſe licentiam nominandi, ut quum uerbi cauſa, crux, propterea dicta ſit, quod ipſius uerbi aſperitas cum doloris, quem crux efficit, aſperitate concordet. Crura tamẽ non propter aſperitatem doloris, ſed quod longitudine atq; duritia inter membra cætera ligno ſimiliora, ſic appellata ſint. Inde ad abuſionem uentum, ut uſurpetur tamen non rei ſimilis,

ſed

ſed quaſi uicinæ.Quid enim ſimile habet ſignificatio parui & minuti,quum poßit paruum eſſe,quod non modò nihil minutum ſit, ſed etiam aliquid creuerit. Dicimus tamen propter quandam uicinitatem minutum pro paruo. Sed hæc abuſio uocabuli, in parte loquentis eſt. Habet enim paruum ut minutum nõ dicat. Illud magis pertinet ad id, quod nunc uolumus oſtendere, quod cum piſcina dicatur in balneis, in qua piſcium nihil ſit,nihilq́; ſimile piſcibus habeat,uidetur tamen à piſcibus dicta, propter quam ibi piſcibus uita eſt.Ita uocabulũ translatũ ſimilitudine,ſed quadã uicinitate uſurpatũ eſt, quod ſi quis dicat homines piſcib.ſimiles natando fieri, & inde piſcinæ nomẽ eſſe natũ:ſtultũ eſt repugnare, cũ ab re neutrũ abhorreat, & utrũq; lateat.Illud tamẽ bene accidit,quod hoc uno exẽplo diiudicare poßumus, qd diſtet origo uerbi, quæ de uicitate arripitur,ab ea, quæ à ſimilitudine ducetur.Hincfacta progreßio uſq; ad contrariũ. Nã lucus eoputatur dictus, quod minimè luceat:& Bellũ,quod res bella nõ ſit.& Fœderis nomen, quodres fœda nõ ſit.quod ſi à fœditate porci dictũ eſt ut nõnulli uolunt redit ori

Piſcina. Lucus. Bellum. Fœdus.

go

go ad illam uicinitatem, quum id quod ſit, ab eo per quod ſit nominatur. Nam iſta omnino uicinitas latè patet, et per multas partes ſecatur: aut per efficientiam, ut hoc ipſum à fœditate porci, per quem fœdus efficitur: aut per effecta, ut puteus, quod eius effectum potatio eſt, creditur dictus. Aut per id puod continetur, ut urbem ab orbe appellatam uolunt, quod auſpicato locus aratro circumdari ſolet. Cuius rei & Virgilius meminit, ubi Aeneas urbem deſignat aratro. Aut per id quod cõtinet, ut ſi qs horreũ mutata litera affirmet ab hordeo nominatum: Aut per abuſionem, ut quum horreum dicimus, & ubi triticum condatur. Vel à parte totum, ut mucronis nomine, quæ ſumma pars gladij eſt, gladium uocamus. Vel à toto pars, ut capillus, quaſi capitis pilus. Quid ultra proueho? quicquid aliud adnumerari poteſt, aut ſimilitudine rerum ipſarum, aut uicinitate, aut contrario contineri uidebis originem uerbi, quam perſequi non quidẽ ultra ſoni ſimilitudinẽ poſſumus, ſed hoc nõ ſemper utiq; poſſum⁹. Innumerabilia ſunt enim uerba, quorum origo de qua ratio reddi poſsit, aut non eſt ut ego arbitror, aut latet, ut Stoici conten

Puteus. Vrbs. Horreum. Mucro. Capillus.

contendunt. Vide tamen paululũ quũ perueniri putãt ad illa uerborum cunabula uel ſtirpem potius atq; adeo ſementem ultra quod, quæri originem uetant, nec ſi quiſquam uelit poteſt quicquam inuenire. Nemo abnuit ſyllabas in quibus u litera, locum obtinet conſonantis, ut ſunt in his uerbis primæ, uafer, uelum, uinum, uomis, uulnus, craſſum et quaſi ualidum ſonum edere, quod etiam approbat loquendi conſuetudo, quũ de quibuſdam uerbis, eas ſubtrahimus ne onerent aurem. Nam inde eſt, quod amaſti dicimus libentius quàm amauiſti: & noſti quàm nouiſti: & abijt non abiuit, & in hunc modum innumerabilia. Ergo quum dicimus uinum ſonus uerbi, ut dictum eſt, quaſi ualidius congruit rei quam ſignificat. Iam ex illa uicinitate per id quod efficiunt, hoc eſt, quia uiolentia ſunt dicta, uincula poſſunt uideri & nerui, quibus aliquid uinciatur. Inde uires quod adminicula quibus innituntur nexibus præbendunt: Hinc iam propter ſimilitudinem incuruum ſenem, uietum, Terentius appellauit: Hinc terra quæ pedibus iterãtiũ flexuoſa & trita eſt, uia dicitur. Sin autẽ uia, qđ ui pedum trita eſt magis creditur dicta, redit o- Terra. Via.

 rigo

rigo ad illam uicinitatem. Sed faciamus à ſimilitudine uitis uel uiminis, hoc eſt, à flexu etiam dicta. Quærit ergo à me quiſpiã, quare uia dicta? Reſpõdeo à flexu, quod flexum uelut incuruum
Vieti. *uietum ueteres dixerunt. Vnde uietos, quæ cantu ambiantnr rotarum ligna uocant. Perſequitur quærere unde Vietum flexum dicatur, et hic reſpondeo à ſimilitudine uitis. Inſtat atq; exigit,*
Vitis. *unde ita ſit uitis nomen, dico quod uinciat ea, quæ comprehenderit. Scrutatur unde ipſum*
Vincire. *uincire dictum ſit, dicemus, à uinus. Quare ſic appellatur requiret, reddetur ratio, quod robuſto & quaſi ualido ſono uerbum rei quam ſignificat, congruit, ultra quod requirat non habet. Quot modis autem origo uerborum corruptione uocum uarietur, ineptum eſt perſequi: nam & longum & minus quàm illa, quæ dicta ſunt, neceſſarium. Nunc uim uerborum quantũ res patet breuiter conſideremus. Vis uerbi eſt, qua cognoſcitur quantum ualeat, ualet autẽ tantum, quantum audientem mouere poteſt, porrò mouet audientẽ ſecundum ſe, aut ſecundũ id qđ ſignificat, aut ex utraq; cõmuni: ſed quũ ſecũdũ ſe mouet, aut ad ſolũ ſenſũ pertinet, aut ad artẽ,*

aut

aut ad utrunq; . Senſus aut natura mouetur, aut cõſuetudine: Natura mouetur, quũ offenditur, ſi quis nominet Tartarẽſem regem, uel mulcetur, quũ audit Euryalum. Quis etiãſi nihil unquã de his hominib⁹ audierit, quorũ iſta ſunt nomina, nõ tamen & in illo aſperitatẽ maximã, et in hoc iudicet eſſe lenitatem. Cõſuetudine mouetur ſẽſus, cũ offenditur, quum audit Cotta. Nã hic ad ſoni ſuauitatẽ uľ ĩſuauitatẽ nihil ĩtereſt, ſed tamẽ ualẽt auriũ penetralia utrũ ꝑ ſe trãſeuntes ſonos quaſi hoſpites notos, an ignotos recipiant. Arte autẽ mouetur auditor, quũ enunciato ſibi uerbo attẽdit, quæ ſit pars oratiõis: uel ſi quid aliud in ijs diſciplinis quæ de uerbis tradũtur accepit. At uerò ex utroque, id eſt, & ſenſu & arte de uerbo iudicatur, quum id quod aures metiuntur, ratio notat, & nomen ita imponit, ut quum dicitur optimus, mox ut aurem longa una ſyllaba & duæ breues, huiuſce nominis percuſſerunt, animus ex arte ſtatim pedem dactylum cognoſcit. Sententia uerò non ſecundum ſe, ſed ſecundum id quod ſignificat uerbum, mouet, quando per uerbum accepto ſigno animus nihil aliud quàm rem ipſam intuetur, cuius il-

lud ſignum eſt quod accepit: ut quum Auguſti-
no nominato, nihil aliud quàm ego ipſe cogitor
ab eo cui notus ſum, aut cuilibet hominum men
tio occurrit, ſi fortè hoc nomẽ, uel qui me igno
rat audierit, uel qui aliũ nouit, qui Auguſtin⁹ uo
cetur: quum autem ſimul & ſecundum ſe uerbũ
mouet audientem, & ſecundum id quod ſignifi-
cat, tunc & ipſa enuntiatio, & id quod ab ea é-
nunciatur ſimul aduertit. Vnde enim quod non
offenditur aurium caſtitas, quum audit, manu,
uẽtre pene bona patria lacerauerat: Offendẽtur
autẽ ſi obſcœnas pars corporis ſordido et uulga
ri nomine appellaretur, quũ res eadẽ ſit, cuius u-
trunq; uocabulum eſt, niſi quod in illo turpitu-
do rei, quæ ſignificata eſt decore uerbi ſignificã
tis operitur. In hoc autem ſenſum animumq; de-
formitas ferit, ueluti nonaria meretrix. Sed ali-
ter tamen uidetur eo cultu, quo ante iudicem ſta
re aſſolet, aliter cum luxurioſi cubiculo iaceret.
Quum igitur tantam uim tamq; multiplicem ap-
pareat eſſe uerborum, quam breuiter pro tempo
re ſummatimq; attingamus. Duplex hinc ex con
ſideratione ſenſus naſcitur, partim propter ex-
plicandam ueritatem, partim propter conſer-
uandum

uandum decorem, quorum primum ad Dialecticum, ſecundum ad Oratorem maximè pertinet. Quamuis enim nec diſputationem deceat ineptã, nec eloquentiam oporteat eſſe mendacem, tamen & in illa ſæpe atq; adeo penè ſemper audiendi delitias diſcendi cupido contemnit, & in hac imperitior multitudo, quod ornatè dicitur, etiam uerè dici arbitratur. Ergo quum appareat quid ſit uniuſcuiuſq; proprium manifeſtum eſt & diſputatorem, ſi qua & delectandi cura eſt, rhetorico colore aſpergendum, & oratorem, ſi ueritate perſuadere uult, dialecticis quaſi neruis atq; oßibus eſſe roborandum, qua ipſa natura in corporibus noſtris, nec firmitati uiriũ ſubtrahere potuit, nec oculorum offenſione patere permiſit. Itaq; nunc propter ueritatem dijudicandum, quod dialectica profertur ex hac uerborũ ui, cuius quædam ſemina ſparſimus, quæ impedimenta naſcantur uideamus. Impedit enim auditorem ad ueritatem uidendam in uerbis, aut obſcuritas, aut ambiguitas. Inter ambiguum & obſcurum hoc intereſt, quod in ambiguo plura ſe oſtendunt, quorum quid potius accipiẽdum ſit, ignoratur: In obſcuro autem nihil aut parum

Ambigui & obſcuri diſcrimen.

quod attẽdatur appareat. Sed ubi parũ eſt, quod apparet, obſcurum eſt ambiguo ſimile, ueluti ſi quis ingrediens iter, excipiatur aliquo biuio, uel triuio, uel etiã (ut ita dicam) in ultimo loco, ibiq; dẽſitare nebulæ nihil uiarum quod eſt eluceat. Ergo à pergẽdo prius obſcuritate tenetur: at ubi aliquãtulũ rareſcere nebulæ cœperint, uidetur aliquid, quod utrum uia ſit an terræ proprius nitidior color, incertum eſt, hoc eſt, obſcurum ambiguo ſimile, diluceſcente (aiunt) cælo quantum oculis ſatis ſit, iam omniũ uiarũ deductio clara eſt, ſed ſit pergendum non obſcuritate, ſed ambiguitate dubitatur. Item ſunt obſcurorum genera tria: Vnum eſt quod ſenſui patet, animo clauſum eſt, tanquam ſi quis malum Punicum pictum uiderit, qui neque uiderit aliquando, donec omnino quale eſſet audierit, non oculorum eſt, ſed animi, quod cuius rei pictura ſit neſcit. Alterũ genus eſt, ubi res animo pateret, niſi ſenſui clauderetur, ſicuti eſt, homo pictus in tenebris. Nam ubi oculis apparuerit, nihil animus hominem pictum eſſe dubitauerit. Tertium genus eſt, in quo etiam ſenſui abſconditur, quod tamẽ ſi nudaretur, nihilo magis animo

Obſcurorũ tria genera

emine-

emineret: quod genus eſt omnium obſcuriſsimum, ut ſi imperitus malum illud Punicum pictum etiam in tenebris cogeretur agnoſcere. Refer nunc animum ad uerba, quorum ſunt iſtæ ſimilitudines, conſtitue animo quempiam Grammaticum conuocatis diſcipulis, factoque ſilentio ſuppreſſa uoce dixiſſe. Temetum, *quod ab eo dictum, qui propè aßidebant ſatis audierunt, qui remotius parum, qui autem remotißimè nulla omnino uoce perſtructi ſunt, horum autem illi qui remotiores erant, neſcio quo caſu, partim ſciebant quid eſſet temetum, partim ignorabant, illos uerò qui Magiſtri uocem acceperant, quid eſſet temetum prorſus latebat: omnes obſcuritate impediebantur, et hic iam perſpicis omnia genera illa obſcuritatum. Nam qui de auditu nihil dubitant, primum illud gen9 patiebãtur, cui ſimile eſt malũ Punicũ ignorantib9, ſed in luce pictũ qui nouerant uerbũ, ſed auribus aut parum, aut omnino non acceperant uocem, ſecũdò illo genere laborabãt. Cui ſimilis ẽ hominis imago, ſed nõ perſpicuo aut omnino tenebroſo loco: Qui autem nõ ſolũ uocis, ſed et ſignificatiõis uerbi expertes erãt tertij generis qđ*

omnium teterrimum eſt, cæcitate inuoluenbantur. Quid autem dictum eſſet quiddam obſcurũ ambiguo ſimile in his preſpici poteſt, quibus uerbum erat quod notum, ſed uocẽ nec penitus nullam, nec omnino certam perceperant. Omnia igitur obſcura genera loquendi uitant, qui et uoce quantum ſatis eſt clara, nec ore impedito, & uerbis notiſſimis utentur. Vnde nunc in eodem Grammatici exemplo quàm longè aliter impediat ambiguitas, quàm obſcura uerbi. Fac enim eos qui aderant & ſatis ſenſu accepiſſe uocem magiſtri, & illum id uerbum nunciaſſe quod omnibus notum: ut puta, fac eum dixiſſe magnus, & deinde ſiluiſſe. Attende quæ incerti hoc audito nomine patiantur. Quid enim ſi dicturus eſſet, quæ pars orationis? quid ſi de metris quæſiturus quid ſit pes? quid ſi de hiſtoria rogaturus utputa, Pompeius magnus quod bella geſſerit? quid ſi de emendandorum carminum gratia dicturus eſt, magnus & pene ſolus poëta Vergilius? Quid ſi obiurgaturus negligentiam diſcipulorum, in hæc deinde uerba prorumpet, magnꝰ uos erga ſtudia torpor innuaſit. Vides'ne remota nebula obſcuritatis illud quod ſuprà dictũ

eſt

*eſt quaſi eminuiſſe.*Nam *hoc unum quod dictũ eſt, magnus & nomen eſt, & pes chorius eſt, &* Pompeius *eſt, &* Virgilius, *& negligentiæ torpor, & ſi qua alia uel innumerabilia non cõmemorata ſunt, quæ tamen per hanc enunciationem uerbi poßunt intelligi.*Itaq; *rectißimũ à dialecticis dictum eſt:* Am*biguum eſſe omne uerbum.*Nec *moueat quod apud* Ciceronem *calũniatur* Hortenſius *hoc modo:* Am*bigua ſe aiunt audire acutè, explicare dilucidè: ijdẽ omne uerbum ambiguum eſſe dicunt, quomodo igitur ambigua ambiguis explicabunt?*Nam *hoc eſt in tenebris, extinctum lumen referre.* Facetè *quidẽ atq; callidè dictum.*Sed *hoc eſt, quod apud eundem.*M.Tullium Ciceronem Scæuola *dicit* Antonio:Deniq; *ut ſapientibus diſertè ſtultis etiam uerè uidearis dicere.* Quid *enim aliud fecit illo loco* Hortẽſius, *niſi acumine ingenij & lepore ſermonis quaſi meraco & ſuaui poculo imperitis caliginem fundit: quod enim dictum eſt, omne uerbum eſſe ambiguum, de uerbis ſingulis dictum eſt.* Explicantur *autem ambigua diſputando, & nemo utiq; uerbis ſingulis diſputat.* Nemo *igitur uerba ambigua, uerbis am-*

biguis explicauit: & tamen cum omne uerbum ambiguum ſit, nemo uerborum ambiguitatem niſi uerbis, ſed iam coniunctis quàm ambigua non erunt explicabit. Vt enim ſi dicerem, omnis miles bipes eſt, non utiq; ſequeretur ut cohors ex militibus utiq; bipedibus iſta conſtaret: Ita quum dico ambiguum eſſe omne uerbū, non dico ſententiam, non diſputationem, quamuis uerbis iſta texantur. Omne igitur ambiguum uerbum, non ambigua diſputatione explicatur. Nunc ambiguitatū genera uideamus, quæ prima duo ſunt: Vnum in ijs etiam quæ dicuntur: alterum quod in ijs ſolum quæ ſcribūtur, dubitationem facit. Nam ſi quis audierit acies: & ſi quis legerit, poteſt incertum habere, niſi per ſententiam clareſcat, utrum acies militum, an ferri, an oculorum, dicta uel ſcripta ſit. At uerò ſi quis inueniat ſcriptum, uerbi cauſa, leporem, nec appareat qua ſẽtentia poſitum eſt, profectò dubitabit utrum penultima huius uerbi ſyllaba producenda ſit, ab eo quod eſt lepos, an ab eo quod eſt lepus corripienda, quam ſcilicet non pateretur ambaginem, ſi accuſatiuum huius nominis caſum uoce loquentis acciperet, quod ſi quis dicat etiam

Ambiguitatum genera duo.

loquen-

loquentem malè pronunciare potuiſſe, iam non ambiguitate, ſed obſcuritate impediretur auditorum. Ex illo *tamen genere, quòd ambiguo ſimile eſt, quia malè Latinè pronnnciatum uerbum, non in diuerſas notiones trahit cogitãtem, ſed ad id quod apparet, impellit.* Cum igi*tur duo iſta genera inter ſe plurimum diſtent:* Primum *genus rurſus in duo diuiditur.* Nam *quicquid dicitur & per plura intelligi poteſt, eadem ſcilicet plura, aut nõ ſolũ uocabulo uno, ſed una etiam definitione contineri queunt: aut tantũ communi tenentur uocabulo, ſed diuerſis expeditionibus explicantur.* Ea *quæ una definitione includuntur uniuoca nominantur.* Illis *au*-Vniuoca. *tẽ quæ ſub uno nomine neceſſe eſt diuerſè definiri, æquiuocis nomẽ eſt.* Prius *igitur conſide*-Aequiuoca *remus uniuoca, ut quoniam genus hoc iam definitione patefactum eſt, illuſtrentur exemplis.* Hominem *quũ dicimus, tam puerum dicim⁹ quàm iuuenem quàm ſenem, tam ſtultum quàm ſapientem, tam magnum quàm paruum, tam ciuem quàm peregriuum, tam urbanũ quàm agreſtem, tam qui iam fuit ꝗ qui nunc eſt, tã ſedentẽ ꝗ ſtantem, tam diuitẽ ꝗ pauperem, tã agẽtem ali*-

quid

quid quàm ceſſantem, tam gaudẽtem quàm mœrentem quàm neutrum. Sed in his omnibus dictionibus nihil eſt, quod non ut hominis nomẽ accepit, ita hominis definitione claudatur. Nam definitio hominis eſt, animal rationale mortale. Nunc ergo quiſquam poteſt dicere animal rationale mortale, iuuenem tantum non etiam puerũ aut ſenem eſſe, aut ſapientem tantum non etiam ſtultum, immo & ipſa & cætera quæ numerata ſunt, ut hominis nomine, ita etiam definitiõe cõtinentur. Nam ſiue puer, ſiue ſtultus, ſiue pauper, ſiue locuples, ſiue uigilans, ſiue etiam dormiens: ſi animal rationale mortale eſt, nec homo eſt, eſt autem homo. Illa igitur definitione contineatur neceſſe eſt, et de cæteris quidem nihil ambigitur. De puero autem paruo aut ſtulto ſeu prorſus fatuo, aut de dormiente uel ebrio, uel furente dubitari poteſt, quum poſſunt eſſe animalia rationalia. Poteſt omnino defendi, ſed ad alia properantibus longum eſt, ad id quod agitur, illud nũc eſt, eſſe iſtam definitionũ hominis rectã et ratã, niſi oĩs homo eadem cõtineatur & præter hominẽ. Hæc ſũt igitur uniuoca, quæ nõ ſolũ nomine uno, ſed una etiã eiuſdẽ nominis defini-

finitione claudantur, quāuis & inter ſe proprijs nominibus & definitionibus diſtingui poſſint. Diuerſa enim nomina puer, adoleſcens, diues et pauper, liber & ſeruus, & ſiquid aliud differētiarum eſt: ideo diuerſa inter ſe proprias definitiones habent. Sed ut illis unum commune nomen eſt homo, ſic & animal rationale mortale, definitione cōmune eſt. Nunc æquiuoca uideamus. Ambiguitatum perplexio propè infinita ſylueſcit, conabor tamen ea in genera certa diſtinguere, utrum autem conatum meum facultas ſequatur, tu iudicabis. Ambiguitatum igitur, quæ ab æquiuocis ueniūt, prima genera triaſūt: Vnum ab arte, alterum ab uſu, tertium ab utroque. Artem nunc dico propter nomina, quæ in uerborum diſciplinis uerbis imponuntur. Aliter enim definitur apud Grāmaticos quid ſit æquiuocum, & tamen unū hoc quod dico Tullius et nomen eſt, & pes dactylus & æquiuocum, Itaque ſi quis ex me flagitet ut definiam quid ſit Tullius, cuiuslibet notionis explicatione reſpōdeo. Poſſum enim rectè dicere. Tullius eſt nomen quo ſignificatur homo, ſummus quidam orator, qui Catilinæ coniurationem conſul oppreſſit

Ambiguitatū genera tria.

preſsit. Subtiliter attende me nomen ipſum definiſſe. Nam ſi mihi Tullius ipſe ille, qui ſi uiueret digito demonſtrari poſſet, definiendus foret, nõ dicerem Tullius eſt nomen, quo ſignificatur homo, ſed dicerem. Tullius eſt homo, & ita cætera adiungerem. Item reſpondere poſſum hoc modo: Tullius eſt pes dactylus, his literis conſtans. Quid enim nũc opus eſt, eas literas enumerare? licet etiã illud dicere: Tullius eſt uerbũ, per quæ æquiuoca ſunt inter ſe omnia, & cum hoc ipſo quæ ſuprà dicta ſunt, & ſiquid aliud inueniri poteſt. Cùm igitur hoc unum quod dixi, Tullius ſecundum artium uocabula tamen uariè mihi idem finire licuerit, quid dubitamus eſſe ambiguorum genus ex æquiuocis uenientiũ, quod meritò dici poſſet ex arte contingere. Diximus enim æquiuoca eſſe, quæ non ut uno nomine, ita etiam una definitione poſſint teneri. Vide nunc alterum genus, quod ex loquendi uſu uenire memorauimus. Vſum nunc appello illud ipſum, propter quod uerba cognoſcimus. Quis enim uerba propter uerba conquirat & colligat? Itaque iam conſtitue aliquem ſic audire, ut è motu; ſit nihil è partibus orationis: aut

Vſus uerborum.

aut de metris quæri, aut de uerborum aliqua diſciplina, tamen adhuc poteſt, quum dicitur Tullius æquiuocorum ambiguitatem impedire. Hæc enim omnia & ipſe qui fuit ſummus orator, & eius picta imago, uel ſtatua, uel codex quo eius literæ continentur: & ſi quid eſt in eius ſepulchro cadaueris ſignificare põt. Diuerſis enim notionibus dicimus: Tullius ab interitu patriã liberauit, & Tulli⁹ totus tibi legẽdus eſt, et Tullius hoc loco ſepultus eſt. Vnum enim nomen, ſed diuerſis hæc omnia definitionibus explicanda ſunt. Hoc igitur genus æquiuocorum eſt, in quo iam nulla de diſciplina uerborum oritur ambiguitas, ſed de ipſis rebus, quæ ſignificãtur: At ſi utrumque confundat audientem uel legẽtem, ſiue quod ex arte, ſiue quod ex loquendi uſu dicitur, non'ne tertium genus recte enumerabitur? cuius exemplũ in ſumma quod aperti⁹ appareat, ut ſi quis dicat multi dactylico metro ſcripſerunt, ut eſt Tullius. Iam hic incertum utrum Tulli⁹ pro exemplo dactyli pedis, an dactylici poëtæ poſitum eſt, quorum illud ex arte, hoc ex uſu loquẽdi accipitur. Sed in ſimplicib⁹ uerbis etiam contingit, tanq̃ ſi hoc uerbũ Gram

maticus

maticus audientibus diſcipulis enunciet, ut ſuprà oſtendimus. Cum igitur hæc genera manifeſtis inter ſe rationibus differant, rurſum primum genus in duo diuiditur. Quicquid enim ex arte uerborum facit ambiguitatem, partim ſibi pro exemplo eſſe poteſt, partim non poteſt. Cũ enim definiero, quid ſignificet nomen, poſſum hoc ipſum exempli gratia ſupponere. Etenim hoc quod dico nomen eſt, hac enim lege per caſus flectitur, quum dicimus nomen, nominis, nomini, et cætera. Item cum definio quid ſignificet dactylus, unam longam ſyllabam & duas deinde breues enunciamus. At uerò cum definitur aduerbium quid ſignificet, nõ poteſt hoc ipſum in exemplum ducere. Etenim quum aduerbium dicimus, hæc ipſa enunciatio nomen eſt, ita ſecundum aliam notionem aduerbium utiq; aduerbium eſt, & nomen eſt nomen: ſecundum aliam uerò, aduerbium non eſt aduerbium, quia nomẽ eſt. Item pes creticus quando quid ſiguificet definitur, nõ poteſt hoc ipſum exemplo eſſe. Hæc enim enunciatio quod dicimus Creticus prima longa ſyllaba & breuis & longa eſt. Ita & hic ſecundũ aliam notionẽ creticus nihil eſt aliud,

Pes Creticus.

quàm

quàm creticus, & dactylus non eſt: ſecundum aliam uerò creticus non eſt creticus, quia dactylus eſt. Secundum item genus quod iam præter diſciplinas uerborum ad loquendi uſum dictum eſt pertinere, duas habet formas. Nam *æquiuoca inde ſunt, aut ex eadem origine, aut ex diuerſa: Ex eadem origine appello, quæ quamuis uno nomine ac non ſub una definitione teneantur, uno tamen fonte demanant: ut eſt illud quod* Tullius, *& homo, & ſtatua, et codex, et cadauer intelligi poteſt.* Nam *poſſunt quidem iſta una definitione concludi, ſed tamen unum habent fontem, ipſum ſcilicet uerũ hominem, cuius & illa ſtatua, & illi libri, & illud cadauer eſt.* Vt *quum dicimus, nepos longè ex diuerſa origine filium filij, & luxurioſum ſignificat.* Hæc *ergo diſtincta teneamus, et uide illud genus, quod ex eadem origine appello, in quæ iterum diuidatur.* Nam *diuiditur in duo, quorum unum translatione, alterum declinatione contingit.* Translationem *uoco, quum uel ſimilitudine unum nomen fit multis rebus, ut* Tullius, *& ille, in quo magna eloquẽtia fuit, & ſtatua eius dicitur. uel ex toto quum pars*

Tullius.

Nepos.

cognominatur, ut quum cadauer eius Tullius *di ci poteſt. uel ex parte totum, ut quum tecta dicimus totas domus.* Aut à *genere ſpecies, uerba enim principaliter omnia dicuntur quibus loquimur : ſed tamen uerba propriè nominata ſunt, quæ per modos & tempora declinamus.* Aut *à ſpecie genus : nam cum ſcholaſtici non ſolum propriè, ſed & primitus dicantur, ij qui adhuc in ſcholis ſunt, ij omnes tamen qui in literis uiuunt nomen hoc uſurpant.* Aut *ex efficiente, effectum, ut,* Cicero *eſt liber* Ciceronis. Aut *ex effecto efficiens, ut terror, qui terrorem facit.* Aut *aliquid continente quod continetur, ut domus, etiam qui in domo ſunt dicuntur.* Aut *conuerſa uice, ut caſtanea etiam arbor dicitur, uel ſi quid aliud inueniri poteſt, quod ex eadem origine quaſi transferendo cognominetur.* Vides *ut arbitror q̃ facit in uerbis ambiguitatem.* Quæ *autem ad eandem originem pertinẽtia declinationis ambigua eſſe diximus, talia ſunt.* Fac *uerbi cauſa quenquam dixiſſe. pluit, & hæc diuerſè utiq; definienda ſunt.* Itẽ *ſcribere qui dicit, incertum eſt, utrum infinito actiui, an imperatiuo paßiui pronunciauerit:* Ho-

mo quamuis unum nomen ſit, & una enunciatio, tamen ſit aliquid ex nominatiuo, aliud ex uocatiuo q̃ doctus & doctè ubi enunciatio diuerſa eſt doctus: aliud eſt quum dicimus doctũ mancipium, aliud eſt quum dicimus, doctus, ille, iſte, diſputauit. Declinatione igitur *ambiguitas orta eſt.* Nam declinationem nunc appello *quicquid ſiue per uoces, ſiue per ſignificationes flectendo uerba contingit, hic doctus enim & doctè etiam per uoces flexum eſt, hic autem homo & homo per ſolas ſignificationes. Sed hoc genus ambiguitatum minutatim cõcidere ac perſequi, pene infinitum eſt, itaq; locum ipſum hactenus notaſſe ſuffecerit ingenio præſertim tuo. Vide nunc ea, quæ diuerſa origine ueniunt. Nam & ipſa diuiduntur adhuc in duas primas formas, quarum una eſt, quæ contingit diuerſitate linguarum. Quomodo dicimus, tu, hæc una uox aliud apud Græcos, aliud apud nos ſignificat: quod genus nominandi omnino fuit. Non enim præſcriptũ eſt unicuiq; quot linguas noſſet, aut quot linguis diſputaret. Altera forma eſt, quæ iam in una lingua facit ambiguitatem diuerſa tamen eorum origine, quæ in uno tamen uoca-*

Ambiguum ex declinatione.

bulo ſignificatur, quale eſt illud, quod de nepote ſuprà poſuimus. Quod rurſus in duo ſcinditur: Aut enim ſub eodem genere partis orationis fit nomen. Eſt enim nepos, quum tam filium filij q̃ luxurioſum ſignificat, aut ſub diuerſo. Nam non ſolum aliud eſt quum dicimus qui ut dictum eſt, qui ſcis ergo iſtuc niſi periculum feceris. Sed illud etiam pronomen, hoc aduerbiũ iam ex utroque, id eſt, ex arte & ex uſu uerborum, quod in æquiuocis tertium genus poſueramus, tot ambiguitatum genera poſſunt eſſe, quot in duobus ſuperioribus enumeramus. Reſtat illud genus ambiguum, quod in ſcriptis ſolum reperitur, cuius tres ſunt ſpecies, aut enim ſpatio ſyllabarum fit tale ambiguum, aut acumine, aut utroque ſpacio: Vt quum ſcribitur uenit, de tempore incertum eſt, propter occultum primæ ſyllabæ ſpatium. Acumine, quum ſcribitur pone utrum ab eo quod eſt pono, aut (ut dictũ eſt) ponè ſequẽs. Namq; hoc dederat Proſerpina, incertum eſt propter latentem acuminis locum. Aut uerò ex utroque fit, ut eſt, quod ſuperius de lepore diximus. Nam non ſolum producenda, ſed acuenda eſt penultima ſyllaba huius uerbi, ſi ab eo

Ambiguum in ſcriptis.

quod

quod eſt lepos, non ab eo quod eſt lepus, deflexum eſt.

CHIRII FORTVNAtiani Conſulti Dialectices.

FINIS.

CAEtera in exemplari quod unicum habueramus deſiderabantur, nec uſpiam extare arbitramur. Tempus enim nobis eadem *quemadmodum alia infinita ſubtraxit, quamobrem ſi pluſculum quid in hac re* Candide le*ctor cupias, de* Fortunatiano *petito.* C*æterum ex his admodum paucis, uniuerſam* Cõſulti do*ctrinam conijcere, & ueluti* ἐκ τῶν ὀνύχων τὸν λέοντα γινώσκειν, *niſi naris obeſæ ſit, quiſq; facilè poterit. Vale & ſuper his gratiam age.*

CHIRII FORTVNATIANI CONSVLTI Computus.

E COMPVTO, *computa triginta ſex per quindecim, fiunt quingenti quadraginta. his ſemper adde duodecim, fiunt quingenti quinquaginta duo.* Adde *& indictiones anni cuius uolueris, ut puta, decimam uicies ſemel poſt conſulatum* Baſilij *iunioris, ſunt quingenti ſexagintaduo anni ab incarnatione* Chriſti. Hoc tantum *memor eſto ſolicitius, ut quotiens quintãdecimam compleueris indictionem, quo argumentum poſſit integrum cuſtodiri, quindecim non aſſumas, ſed primam ſummã, id eſt, in triginta ſex unum ſemper adijcias, ut puta, pro triginta ſex finita quintadecima indictione, quam in ſuperiore computo addas, triginta ſeptem per quindecim computabis, annos* Domini *ſine ullo errore poteris inuenire.*

Si uis ſcire quota eſt indictio, ut puta, uicies

ſe-

ſemel poſt conſulatum Baſilij *iunioris, ſume annos ab incarnatione* Chriſti,*id eſt, quingentos ſexaginta duo, his ſemper adijce tria, fiunt quingenti ſexagintaquinque.* Hæc *partire per quindecim, remanent decem, decima eſt indictio.* Si *uerò nihil remanſerit, quintadecima eſt indictio.*

Si *uis cognoſcere, quot ſint epactæ, id eſt, adiectiones lunares: ſume annos ab incarnatiotione* Domini,*quot enim fuerint, ut puta, quingentos, hos partire per nouemdecim & remanent undecim, hos undecim multiplica per undecim, fiunt centum uigintiunum.* Hoc item *partire per triginta, remanet unus, & una eſt adiectio lunaris.*

Si *uis ſcire adiectiones ſolis id eſt, currentes ſeptimanæ dies: ſume annos ab incarnatione* Domini *quot fuerint, ut puta, quingentos ſexagintaduo, per indictionem decimam per annorum qui fuerint, quartam ſemper adijce, id eſt, nunc centum quadraginta, qui fiunt ſimul ſeptingintaduo, his adde quattuor, hos partire per ſeptem, remanent ſex.* Sex *igitur ſunt epactæ ſolis, id eſt,*

 con-

concurrentes ſeptimanæ dies per ſuprà ſcriptã inductionem uicies ſemel poſt conſulatum Ba*ſilij iunioris.*

Si uis ſcire quotus annus ſit circuli decem & nouem annorum, ſume annos Domini,*ut puta quingentos ſexagintaduo, & unum ſemper adijce, fiunt quinginti ſexaginta tres, hos partire per decem et nouem, remanent duodecim.* Duodecimus *annus eſt cycli nouennalis, quod ſi nihil remanſerit, nonusdecimus annus eſt.*

Si uis ſcire quotus cyclus lunæ eſt, qui decem nouennali circulo continetur, ſume annos Domini, *ut puta, quingentos ſexagintaduo, & & ſubtrahe ſemper duo, fiunt quingenti ſexaginta, hos partire per decem & nouem, remanent nouem.* Nonus *cyclus lunæ eſt, decem nouennalis cycli. Quotiens autem nihil remanent, nonnuſdecimus annus eſt.*

Si uis ſcire quando biſſextus dies ſit, ſume annos Domini,*ut puta, quingentos ſexagintaduo, partire hos per quatuor, ſi nihil remanſerit biſsextus eſt, ſi unum uel duo uel tres, biſſextus non eſt.* Et *ne tibi forſitan aliqua caligo erroris occurrat, per omnem computum quem du-*

ducis,ſi nihil ſuperfuerit, eundum computum eſſe per quem ducis agnoſce, ut puta, ſi per decem & nouem ducens,nihil ſuperauerit, ſcias nonumdecimum eſſe. Si per quindecim, quintum decimum, ſi per ſeptem,ſeptimum.

*Si uis cognoſcere,quota luna feſti paſchalis occurrat,ſi martio menſe paſcha celebretur, tunc computa menſes à menſe ſeptembri uſque ad februarium,fiũt ſex.*His *ſemper adijce duo, & fiunt octo,& epactas,id eſt,adiectionis Lunæ, cuius uolueris anni,utputa,indictionis decimæ, unà fiunt nouem, & dies menſis, quo ipſum paſcha celebratur, id eſt, menſis martij triceſimum,fiunt ſimul quadraginta:* Deduc tri*gintanouem, decima luna eſt in die ſuperius indicato. Si uerò menſe aprili, paſcha celebramus.*Computa *ergo menſes à* Septembri *menſe uſq; ad martium, & fiunt ſeptem.* His *ſemper adijce duo,& fiunt nouem.* Adde *& epactas, id eſt,adiectiones Lunæ,cuius uolueris anni,ut puta indictionis decimæ unà,qui fiunt decẽ,& & dies menſis quo paſcha celebramus, id eſt, aprilis nonum, qui ſimul fiunt decem & nouẽ. ſanè ſi ſuper triginta habueris, ſemper triginta*

ſubtrahas, nunc autem nonadecima luna erit.

Si uis agnoſcere quotus dies ſeptimanæ eſt, ſume dies à ianuario, uſque ad menſem quem uolueris, ut puta, uſque ad nonum diem menſis aprilis, fiunt dies nouagintanouem. His adijce ſemper unum, fiunt centum, & ſemper adde epactas ſolis, cuius uolueris anni, ut puta, decem indictionis ſextæ, fiunt ſimul centum ſex. hos partire in ſeptem, remanet una, & ipſa eſt Dominica paſchalis.

COMPVTI FORTV-natiani

FINIS.

GEOR-

GEORGIVS VALLA BERNARDO Saluatico Genuenſi, primario Patricio, S. D. Aeternam.

SAEpenumero à me optime Bernarde Saluàtice popoſciſti: ut quæ ab interuẽtionibus uacuus tibi ad me uentitãti de ratione diſſerẽdi ex quottidiano uſu lingua prodideram: quo tenaciori hærerent memoriæ, ſcriptis concrederem: quandoquidem quenq̃ alium non ſatis nactus eſſes, qui aut id poſſet, aut qui tam amicè id præſtare moliretur. Rem certè mihi non arduam fore cenſuiſti, quando totam dialecticam facultatem, ſiue ad Rhetoricam, ſiue ad cæteras tendentem diſciplinas pluribus alijs fueram uoluminibus amplexus. Quamobrem conciliata iamprdem inter nos amicitia tuo obſequendum ardenti ſtudio, nec longius differendum exiſtimauit: tum quod magnifica & ampliſſima domus tua id ab omnibus eruditis nedum à me expoſtulet, tum quod honeſtiſſimum tuum eſſe deſiderium noſtra diffiteri non poteſt amicitia. Siquidem citra hanc unam facultatem nul-

nulla integrè teneri diſciplina, nec alia ratione θριγκὸς corona muri, apud Luci. et Homerū. *cunctis quotidie uſurpatis uulgò ſermonibus ubi quæpiam diſceptatio oboriatur exurgatq; ambiguitas, ratum quicquam effici poſſe uideatur, unde fit ut non iniuria Plato & Platonici thrincum quaſi faſtigium dicas cunctarum uocitarint diſciplinarum: quod quaſque res magnas & magnopere expetendas, oratione, ſine hac duce tranſigere poßit nemo. ut iure ne tibi quidem tam ad priuata quàm ad publica munia obeunda, ſine huius facultatis ſacris accedendum cenſueris. Proinde age mi Saluatice, ſalua ſi modo uis tibi omnia, hanc demum unam toto pectore amplectitor diſciplinam, Vale.*

GEOR.

GEORGII VALLAE PLACENTINI de expedita ratione argumentandi, Libellus.

Simile.

QVEMADMODVM *qui legendi, & lectorum ſenſus iter ſcire deſyderant: primum elementa ac literas diſcunt, inde ad ſyllabas, à ſyllabis ad dictiones, quæ partes dicuntur orationis, ab iſtis ad orationem perueniunt: Ita qui omnium diſciplinarum cognoſcere cupiunt inſtrumentum, rationem diſputandi, in quinq; uocibus, quæ uulgò prædicabilia dici ſolent, & categorijs, quæ prædicamenta nominãtur, primò debent erudiri. Inde, ad quæſtiones argumentorum, locos, locutionemq; tranſire. Poſtremò argumentationibus communiri, ut ſua tueantur et aliena refellãt. De ſimplicibus itaq; uocibus ac ſignificatis primò, mox de coniunctis quàm breuiter ac dilucidè à nobis fieri potuerit, loquemur.*

mur. Receptum igitur iam apud omnes eſt

Prædicamẽta decem. Philoſophos, *prædicamenta numero decem eſſe, quaſi omnium quæ in diſputationem ueniant, quæpiam elementa: quod ſimplices uoces, ſimplicem ſignificatum oſtendant, & per ſe natura ſuapte inſpiciantur, eſſentia, quantitas, qualitas, ad aliquid, ubi, quando, facere, pati, compoſitum eſſe, habere, quæq; ſub ipſis ſunt ac ab eis diſtributa, ut corpus, uacans corpore, animatum inanimatum, quod ſub ſenſum cadit, & ſenſus expers, Zóophytum, quod ex ſtirpe & animali conſtat, ut urtica marina & ſpongia ſentit, ſiquidem proprius accedentes. animal rationale & rationis expers, homo, equus, columba, ſcombrus, apes, aliaq;, quæ inſecta dicuntur, dipſas, & ſimilia, quæ ſpecies ſub eſſentiæ genere poſitæ. Ita quæ ſub cæteris iam memoratis ſunt prædicamentis innumera. Hæ uoces ut ſimplices (rem enim unam numero referunt) ita principia ſunt, quæ ad omnem diſputationis ingreſſum prædiſcenda, à quibus tanquam literis ad nexum aliquem, tanquam ad ſyllabas peruenimus, ut homo, eqnus, uincit, currit: ut ſit, equus cur-*

currit, homo uincit. Decem nimirum ſunt hæc principia, quia neque ens, nec res, nec aliud Ens.
ſimile principij nomen habere, niſi confuſum Res.
poteſt. at decem iam nominatorum prima, generaliſſima dicuntur, quæ ſub illis, ſubalterna, Generaliſſima.
tum etiam ſpecies, quarum quæ ultima, & à qua ſtatim ad iniduidua deſcenſus eſt, ſpecialiſſima nominatur: ut homo. equus, anſer at eſſentia genus generaliſſimum, ſupra quod genus aliud non eſt. Subalterna ſeu ſpecies Specialiſſima.
Quinque autem uoces quas cognitu diximus neceſſarias, his principijs alligantur, quæ ſunt genus, ſpecies, differẽtia, proprium, accidens, quæ inuentæ ſunt, quo diffiniendi ac diuidendi nobis innoteſcat diſciplina. Differentia, *oppoſitionem in diuiſione oſten dit, ut ſubſtantia & accidens, corpus & incorporatum, animatum & inanimatum, animal & uacans anima, rationale irrationale. ubi eſt uidere hominem differentiam non dici, quod in diuiſione non habeat oppoſita: nam homini equus in diuiſione, aut aliud animal, non opponitur. at ſpecies dicuntur, homo, equus, anſer, pagarus. neque animal opponitur zoophyto, quia non è regione opponuntur. Alioqui* Differẽtia.

qui differentia dicitur, qua genus excedit ſpecies, ut homo, excedit enim animal rationali: dicitur ſiquidem homo animal rationale, ſed animal tametſi rationale habet poteſtate, non tamen etiam actu. **Proprium.** *Proprium in ſpeciebus ſpectatur: ut eſt proprium hominis riſibile, equi hinnibile, canis latrabile. Diuiditur proprium quadrifariam. In id quod ſoli ineſt ſpeciei, non utique toti, ut homini geometram eſſe: uel toti quidem, ſed non ſoli, ſicut homini bipedem eſſe: uel ſoli & toti, ſed non perpetuò, ut homini caneſcere: uel ſoli & toti & ſemper, ut homini riſibile, qui tametſi non ſemper rideat, potentia tamen ſemper. ideo non ridentem, ſed riſibilem dicimus, & perinde proprium eſt, quod uniuſcuiuſque ſuum.* **Accidens.** *Accidens autem eſt, quod adeſt & abeſt præter ſubiecti corruptionem, ut albor, nigror, pallor, ſedere, ſtare. Eſt tamen accidēs aliud quidem ſeparatile, non ſeparatile aliud. Seperatile quidem, ſedere: Inſeparatile uerò, aduncum naſum eſſe, uel repandum, uel ſimum, & ſimilia. Ex his eſt uidere in prædicamentis faciem & immutationem quinque uocum eluceſcere. Nā quemadmodum in homi-*

hominis conditione ſunt aſcendentes & deſcẽdentes, & in obliquum tendentes, & cognationes ita in prædicamentis eam quinq; uoces faciem cuſtodiunt, & aſcendentium quidem locum tenent genera: deſcendentium uerò ſpecies ſicut obliquæ euntium differentiæ. At mulier pro prij, cognationes porrò accidentium. Simplices quoq; uoces ſunt ſubiectum & prædicatũ. Subiectum de quo aliquid dicitur. Prædicatum quod dicitur de aliquo: ut, Plato diſputat, hoc ipſũ Plato ſubiectum de quo dicitur diſputat. Ita priſci, quibus accedimus potius quam iunioribus, qui prædicatum ſubiectum et copulam partes faciunt orationis: de qua re ne ſim hoc loco nimius, diſputare in præſentia detrectabo. Prædicatum igitur, aut eſſentialiter dicitur de ſubiecto, aut eſſentiæ adhærendo. Si adhærendo eſſentiæ, facit accidens. Sin eſſentialiter, aut de indiuidibus dicitur, et non ſpeciebus ac ſpeciem facit, uel de ſpeciebus ſeu formas libet (ut Ciceroni placuit) appellare. dicitur, aut de unica ſpecie, & facit proprium, de uno ſiquidem ſolo riſibile prædicatur: ita de uno hinnibile ac unum quodq; proprium, de ſua ſpecie prædicatur, aut

de pluribus ſpeciebus prædicatur, & uel in eo quod quid eſt, ac facit genus. Nam dicenti quid eſt homo? Reſpondemus animal, et quid animal, occurrimus, eſſentia, tam enim animal quàm eſſentia genus, eſſentia quidē animalis, animal uerò hominis, aut in eo quod quale quid eſt, & facit differentiā. Interroganti enim quale quid eſt animal homo? occurrit rationale quæ differentia eſt, & qualis quæ eſt eſſentia animal? ſciſcitanti occurritur animata ſenſibilis, differentiæ ſiquidem hæ ſunt animalis, ſequūtur utpote inferiores ſpecies ipſū genus: inde differētia, quod proprio ſit uniunrſalior: inde proprium quod eſſentialibus magis affine ſit & cognatum in eo quod quid eſt prædicatum. Poſt accidens utpote eſſentiæ aduētitium prædicatum in eo quod quale. Verumenimuero quoniā prædicantiū quædā æquiuocè prædicātur, quædā uniuocè, quædam denominatiuè, quia in libris expetēdorū ac fugiendorū pluribꝰ id perſecutiſumꝰ, ſatis erit cognitiōis tenuis cauſā paucis cōpræhēdiſſe. Aequiuocū igitur eſt, cuiꝰ nomē ſolū cōmune præter nomē uerò eſſētiæ ratio alia, ut hæc uox canis terreſtris ē et marini et cœleſtis. Præter nomē aūt ratio

Aequiuocū

tio

tio eſſentiæ cuiuslibet hoꝝ ꝓpria ac ſua eſt, aliã ſiquidẽ ſciſcitantibus terreſtris, aliã marini, aliã cœleſtis reddemus deffinitionẽ. Vniuoca porrò quorũ nomẽ cõmune & præter nomẽ ratio eſſẽtiæ eadẽ: ut animal, et homo, et equus, quibus præter nomen ratio eſſẽtiæ eadẽ eſſentia ſiquidẽ animata ſẽſilis tã homo quàm equꝰ. Denominatiua *porrò, quæ ab alio caſu differũt præterq; nomẽ habet appellationem, ut à* Grammatica *Grãmaticus à Muſica Muſicus, quæ & nominis & rei habẽt cõmunicationem, et differentiã rei et differẽtiã nominis ſicut etiã oſtẽdit diffinitio, quæ enim ſũt ab aliquo, cõmunicãt in eo quod ab eo ſed non unum & idem ſunt: differunt ſiquidem caſu ut* Grammatica Grammaticus*, in reliquis tamen communicant. Illud pariter nos ne lateat æquiuocis è regione opponi polyonima rem in nominibus differẽtibus habentia communẽ, ut enſis, gladius, machæra, ſpatha. Vniuocis è regione obijci heteronima quæ differentiam rei & nominis habent, ut homo & albor, nam alterum animal, alterum color, locum medium inter hæc quattuór obtinẽt homonima in quam polyonima, ſynonima, & heteronima eſt paronimũ,*

Vniuoca.

Denominatiua.

quatenꝰ enim cõmunicationẽ habet nominis, aſsimulatur æquiuocis ſeu homonymis : at diſsimile polyonimis et heteronimis : quatenꝰ porrò nominis habet differẽtiã, aſsimulatur polyonimis, et heteronimis, at diſſimile æquiuocis & uniuocis: rurſus ubi rei habet commuuicationẽ, aſsimulatur uniuocis et polyonimis diſsimile æquiuocis et heteronimis ubi rei differentiã habet, aſsimulatur æquiuocis & heteronimis. Sed diſsimile uniuocis & polyonimis.

DE ESSENTIA.

Eſsentia quid.

ESSENTIA *igitur res eſt ſubſiſtens & per ſe quatenus eſſentia exiſtens alio non egens, tametſi ortui ac genituræ ſubſtet ſicut cumprimum producta eſt: nã ſolus Deus ortu caret, & propriè per ſe exiſtit, quia ab omnibus quoddam abſolutum ac ſeiunctum eſt. at reliqua prædicamenta circa eſſentiam. Nouem ſiquidem prædicamẽta adſunt et abſunt, præter ſubiecti, quæ eſt eſsẽtia corruptionem: quippe quæ accidentis nomine nuncupãtur. Magnum namque & paruum, quod quantum eſt in ui ſua non perſiſtit, quod incrementum & deminutionem ſubeat*

ſubeat ad corporis habitudinem. Cõtinentia & parcitas maior & minor eodem manente ſubiecto, ut homine, pueri ſiquidem ad uirilem ætatem excreſcimus in eademq́; eſſentia permanemus, quantitate differentes. Itidem *nunc album, nunc nigrum, idem cernitur qualitate diſtinctũ ubi eadem eſſentia, & qui nunc amicus mox inimicus, differt in eo, quod ad aliquid, cum tamen eſſentia non mutetur, & nunc quidem* Placentiæ *nunc uerò* Genuæ, *quod ubi eſt prædicamẽti, nec alteram admittit eſſentiam.* Præterit *nũc & idem manet quod erat ſubiectum, idq́; eſt quã do.* Modò *ſtat, modò ſedet, quod eſt compoſitum eſſe, & armatum eſt, et inerme, quod eſt habere.* Cædit *aũt ſecat idem manens eſſentia neutiquam immutata, eſtq́; prædicamentum facere, & ſecatur quis: aut cæditur immutata eſſentia, eſtq́;* pati. Decem *uerò nec plura ſunt prædicamenta, id quod ex quadam certum eſt diſtributione, quæ eſt huiuſmodi.* Ens *aut in ſubiecto ẽ, aut non eſt in ſubiecto, quod in ſubiecto nõ eſt, facit eſſentiam, quod aut per ſe inſpicitur, aut non per ſe, quod non per ſe facit ad aliquid affecta, ſiquidem ſunt quæ ad aliquid, ideo non per*

ſe ſpectatur et alium referunt. Filius enim patrē refert, ſeruus autem dominum, & frater fratrē, & prorſus quæcūq; ſunt ad aliquid talia. Quod porrò per ſe aut diuiſibile eſt, & facit quantum, aut indiuiſibile & conſtituit quale: reliqua ſex prædicamenta ex horum mixtione gignuntur. Eſſentia namq; cum quāto mixta uel in loco ſpe ctatur & ubi prædicamentum facit uel in tempore, et quoniam efficit, cum qualitate mixta uel actionem habet, eſtq; facere, uel paſſionem, & eſt pati. Cum eo autem quod eſt ad aliquid con ueniens, uel in alio ponitur & compoſitum eſſe dicitur, uel ei accommodatur atq; adijcitur alterum, eſtq; habere. Item circumpræhendit & facit habere, compræhendit enim tunica corpus, & uirtutes & uitia animam. Rurſus quemadmo dum eſſentiæ, ita & quantitati nihil eſt contrarium, ob hoc inuicem communicātia ſunt proxi ma: qualitas anteit quod eſt ad aliquid, quoniam quale per ſeſe eſt, ad aliquid auten affectū ac in relatiōe poſitū eſt. Reliqua his ſubſtruuntur ubi nāq; præcedit quoniam quod locus immobilis, tempus uerò mobile, atqui quies motum præcedi & principiū ortū ipſum & immobilitas motū

face-

facere, antecedit pati, quoniam facere quàm pati nobilius eſt. Compoſitum eſſe præcedit habere, quod poni quàm circumponi ſimplicius. Rurſus eſſentiæ ſuum & peculiare eſt non ſuſcipere magis & minus, nõ enim magis animal homo quàm equus. Qualitatis autem, ſuſcipere magis & minus. Album ſiquidem magis & minus dicitur, ita cætera accidentia qualitatis. Quantitatis propriũ eſt, æquale et inæquale: ut palmus, ulna: ut tres tertiæ ulnæ unius, uni ulnæ æquales, et & quinque & decem inæqualia. At bis quinq; ipſi decem æqualia: eius porrò quod eſt ad aliquid proprium eſt oppoſita colligere, Nam patre exiſtente eſt etiam filius, & domino exiſtente eſt ſeruus, ubi proprium eſt compræhenſio, ſicut ipſius quando non permanere, ſed effluere facere eſt actio, ut pati paſſio. Compoſitum eſſe, eſt proprium ſitus, ut habere adiectio. Diuiditur autem eſſentia in corpus & uacans corpore. Corpus inanimatum & anima carens, animatum in ſenſibile & ſenſu uacuum, ſenſibile in animal & zoophytum. Rurſus animal in rationale & ratione carens. Species autẽ ultima, ut homo, in indiuidua: ut Socratem, Pla-

tonem, Georgium, Eucarpum. Quantitas diuiditur in lineam, ſuperficem, corpus, locum, tempus, numerum, & orationem, & quantum quidem aliud eſt continuum, aliud diſcretum. Continui quinq; ſunt nominatæ ſpecies. Diſcreti reliqua duo, numer⁹, et oratio. Rurſus quãti quoddam eſt ſitum habentium ad ſe inuicem earumq; in ipſis conſtiterunt particularum, ut linea, ſuperficies, corpus, locus, quoddam non habentiũ ſitum, ut numerus, tempus, & oratio. nam licet tempus ſit continuum, nõ tamen etiam habet poſitionem, quod non perſtet. at quod non perſtat quopacto poſitionem habere potuerit? Rurſus à quanto, quattuor effluũt mathematicæ. nam cõtinuum: uel immobile eſt, & Geometriam facit: uel mobile & procreat Aſtronomiam. Diſcretũ uel per ſeſe inſpicitur, & facit Arithmeticã: uel ad alterum affectionẽ habet, et facit Muſicam. Qualitas diuiditur in habitum & affectionem paßibilem qualitatem, & paßionem, potentiam et impotentiam, figuram et formam. Habitus eſt, intenſio affectionis & in ſeſe permanentiæ ex iugi & exercitata actione, ut in naturam tranſire uideatur. & quædam comparata uſu natura

babi-

habitus etiam nomen obtinent, quæ à natura ſūt nobis inſita nedum affectione, ut uiſus, & cæteri ſenſus. Paßiua qualitas ſimiliter eſt, paßionis incrementum intenſio'que difficulter delebilis: plane'ue indelebilis. Non defuerunt philoſophi qui in moribus pariterq; diſciplinis habitum dicerent paßiuamq; qualitatē in ira, odio, reliquiſque perturbationibus ex langore. Caliditates porrò & frigiditates nunc in habitu & affectione ponerent, nunc in paßiua qualitate & ægritudine, & perinde à participando habitus uel affectio iure dici uidetur caliditas. ab alterando autem paßiua qualitas uel paßio. Potentia ut in infante cum dicimus curſorem, uel iracundum eſſe potentia Grammaticum, uel Muſicum, uel Aſtronomum, et omnino eorum quæ in præſentia non poßit exercere, at temporum acceſſu cō tingens ut id poßit efficere. Impotem uerò cum qui capax non eſt natura ad aliquam olim obeūdam actionem, ut homini uolare, impoßibile eſt, & aquilæ in aqua uitam ducere, et equo ſermocinari, & cætera quæ factu impoßibilia. Figura dicitur linearis effictio reiq; alicuius expreßio, forma prominens, qualitas ſubſtantia'ue, et idea

& informatio, & interpolata coloratio. Sunt qui figuram in rebus accipiant inanimatis. Formam uerò in rebus animatis. Alij figuram quidem faſtigioſè procedentem: Formam uerò ſupernam uocant ſuperficiem. Ad aliquid generalius diſtributum, quadrifariam diuiditur, cui ſententiæ Grammatici quoque aſtipulantur in naturam, fortunam, artem, & propoſitum. Vbi diſtribuitur ſimpliciore modo in ſurſum, deorſum, antè, ponè, dextrorſum, leuorſum, ſed horum ſingula uariam habent affectionem: nam eius quod eſt ſurſum, multæ differentiæ, in nubibus, in æthere, in aſtris, ad polum, ſupra polum. Similiter deorſum, & reliqua, in infinitum particularioribus locis euariantur. Quando autem diuiditur in præſens, præteritum, & futurum tempus. Preſens in diuiduum, reliqua diuiduntur. Facere diſtribuitur in rem, & orationẽ, & ſenſum interiorem. Actio per manuum exercitum, per'que inſtrumenta omnia, & horum ſingula in ſuas actiones. Sermo in omnium nationum idiomata. Interroganti namque, quid hic mihi facit? occurrimus, ſermocinatur, diſſerit, intel-

ligen-

ligentia excutit. Pati in ea quæ in anima ſunt, & quæ in corpore, quæ paſſiones ſunt infinitæ. Compoſitum eſſe diſtribuitur in ſtatum, ſeſſionem, recubitũ, quorum ſingula ſuas habẽt differentias. Nam ſtatus eſt, uel in tota planta, uel in extremis digitis, uel geniculantibus, uel aſcenſu æquali, uel inæquali, ambobus pedibus, uel uno cruris nixu. Seſſio quoque recta, prona, ſupinata, alterna poplitis in genua mutatione, & ſimilibus. Recubitus pariter ſupinus, pronus, obliquus, atque ita in cætera. Compoſitum eſſe quoque eſt uidere, ut in aceruo frumenti, harenæ, ut in oleo, aqua, & ſimilibus. Et uarijs agendi figuris Habere diſtribuitur, ſicut in armatum uel quomodocunque tectum eſſe. Permutatione aliqua aut impoſitione, ut in modio, in fidelia, reliquis'que uaſis. dicimus nam que modium habere triticum, uinumúe habere fideliam. In poſſeſſionem, ut cum quis habet opes, iugum fert uel habet, & ſimilia.

De

DE QVAESTIONIBVS.

EXPOSITIS *ſimplicibus rebus ac uocibus, de quibus omnis oritur ambiguitas, conſequẽs uidetur, ut ambiguitatũ, ſiue quæſtionum genera oſtẽdamus, quæ ueterum conſenſu philoſophorũ, aut ſoli Deo, uel naturæ cœleſti ſunt cognita, aut omnibus obuia, aut ſolis peritis hominibꝰ explorata, quæ ſoli naturæ cœleſti cognita nefas indagare: quæ omnibus certa, delirum eſt diſputando exquirere, ſola reſtant igitur peritis duntaxat explorata ratione & intelligentia patefacere, quorum ratio eſt omnino quadripartita. Quæritur ſiquidem an ſit, quid ſit, quale ſit, & cur ſit. An ſit, ut, an Vlyſſes Aiacem occiderit, an ultra Indiam ſint populi, an Genua à Magone pœno ſit diruta, et à Romanis reſtituta, quid ſit homo, quid ſit eclipſis, quid ſit continentia, quid ſit electrum. Quale ſit, ut qualis ſit Indica natio, qualis fuerit Plato, qualis nardus Celtica, qualis Neroniana uia. Cur ſit, ut cur cœlum rotundum, cur homines ciuitates condiderint, cur leges, quibus*

teneren-

tenerẽtur ſciſcendas eſſe exiſtimauerit, cur Gallorum rex in Italiam duxerit exercitum. Proinde *an ſit coniectura explicatur hoc modo: ut cũ quæritur natura'ne ſit ius inter homines, an opinionibus: aut cũ quæritur, quæ fuerit origo cuiuſq; rei, ut quæ origo Grammaticæ aut rhetoricæ diſciplinarum'ue reliquarum: aut de interitu ut num ſit in homine uirtus interitura, quid ſit diffinitiõe explicatur: ut cum quæritur, quid ſit iuſticia, quid ſit ſacrilegus, quid ſit æther, propriũ ne ſit recte loqui Grammatici et ornate dicere, ſit'ne proprium oratoris, aut quot ſunt partes orationis, quot ſunt uirtutum genera, aut ſi quæritur, quæ ſit natura auari, ſeditioſi, glorioſi, inſulſi. Quale, ſit ne appetẽda gloria, an expeten pecunia, laus 'ne an opes magis expetendæ, nũ fugienda paupertas, æquum'ne ſit ulciſci iniurias, honeſtũ'ne ſit gloriæ cauſa mortẽ obire, cur ſit finem ſpectat & coniectura explicatur.*

DE SEDIBVS ARGVmen torum pariterq; argumentis.

POSTEA *quam quæſtionum genera cognita ſunt. ut omnis ſoluatur ambiguitas op⁹ eſt argumẽtis, quæ aut arte depræ-*

deprehenſa teneãtur, quibus de locis eruantur inſpiciendum eſt. Et *quoniam dialecticorum ſeu probabilium cupis habere cognitionem, demonſtratiuorum & ſophiſticorum locos miſſos faciemus, quos tibi in in noſtro magno licebit opere expetendorum ac fugiendorum intueri, nũc demum probabilibus erimus contenti. Sunt ergo* Loci*, unde probabilia educuntur argumenta, argumentorum ipſorum ſedes, quorum alios extra dicendi rationem ad id quod in controuerſia poſitum eſt, comprobandum accipimus. alij. quos ex cauſa trahimus, illos artis expertes, hos artificiales ſolemus appellare. Ex illo priore genere ſunt, præiudicia, rumores, tormenta, tabulæ, iuſiurandum, teſtes. ex altero ſunt, ex toto, ex partibus, ex nota, ex coniugatis, ex genere, ex forma, ex ſimilitudine, ex differentia, ex contrario, ex adiunctis, ex antecedentibus, ex conſequentibus, ex repugnantibus, ex cauſis, ex effectis, ex comparatione maiorum, aut parium, aut minorum.*

Præ*iudicium itaque dicitur res, quæ cum ſtatuta fuerit, affert iudicaturis exemplum, quod ſequantur: ut á ſenatu aduerſus* Milonem. Con-*firman-*

firmantur præcipuè duobus, autoritate eorum qui pronunciauerunt, & ſimilitudine rerum de quibus quæritur. erit ergo à præiudicio argumentum huiuſmodi. Senatuſconſulti de hac re præiudicium latum eſt: non eſt ergo quod de ea plura dicamus. Nam aduerſus conſulta ſenatus, decreta'ue principum uel magiſtratuum, remedium nullum eſt.

Rumor ac fama publicum teſtimonium eſt: quod qui uult infringere ſermonem uocat ſine ullo certo autore diſperſum, cui malignitas dederit initium, incrementum credulitas, quod fraude inimicorum alicui poßit accidere innocentißimo.

A tormentis probamus, cum dicimus inuentam eiuſmodi in quæſtionem ob uera fatendi neceßitatem. Contra tormenta, dicit ipſa eſſe plerunque cauſam falſa dicendi, quod alijs patientia facile, mendacium facit alijs infirmitas neceſſarium.

A tabulis, aut pro tabulis, aut contra tabulas, quas ſcimus refelli ac recuſari, id notius eſt argumentandi genus, quàm ut pluribus hoc tempore uideatur explicandum.

A teſti-

À teſtimonijs argumentatur, circa quæ patronus cauſarum ſudor, pro teſtimonijs & contra teſtimonia quo pacto argumentandum, res ipſa nos admonebit.

À iureiurando argumentabimur, magnum momentum uideri, à uiri autoritate inductum, aut à uiri improbitate refellemus.

Peruulgata ſatis hæc ſunt argumentorum genera, quæ artis dicuntur expertia, & ex ea quæ agitur cauſa, facile nobis ſuggeruntur. Quare ad artificialia tranſeamus.

À toto igitur ducitur argumentum, cum quod in quæſtione poſitum eſt, definiendo comprobamus. Definitio propriè per genus & differentiam *fit, ut homo eſt animal rationale. Rhetorica eſt ars bene dicendi. Sed aliquando loco definitionis utimur deſcriptione, ut homo eſt animal bipes, cuius caput in cœlum attollitur, & binæ ab humeris dependent manus, et eo modo reliqua.* Si ergo *quæſtio de toto aliquo, ea definiendo diluitur. Eſt autem definitio (ut* Plato *inquit) breuis* oratio, *ſubiectæ rei naturam oſtendens.* Vt *autem* Ariſtoteles*: Deffinitio eſt oratio quæ id quod diffinitur, explicat quid ſit, hæc igitur*

tur propriè per genus & differentiam, ut diximus, id facit. ſed aliquando etiam diuidendo, ut genus in ſpecies. aliquando partiendo, ut totum in partes: ut ſi fuerit quæſtio de animali quid ſit, de toto animali quæritur. per genus ergo & differentiam diffiniendo diluo quæſtionem: cũ dico, animal eſt ſubſtantia animata ſenſilis. diuidendo autem idem oſtendo obliquè dicendo, animal eſt, quod partim in terris, partim in aquis partim in aëre uitam ducit. Partiendo hoc modo: animal eſt quod anima conſtat ſenſibili & corpore. Aliquando deſinimus à contrarij remotione, ut Horatianum illud: Virtus eſt uitium fugere, ſapientia prima Stultitia caruiſſe. Si fuerit ergo quæſtio, an concha maris ſit animal, à toto nempe ab animali traho argumentum per definitionem, dicendo, animal eſt ſubſtantia animata ſenſilis: concha maris eſt ſubſtantia animata ſenſilis, ergo concha maris eſt animal. Ex partium enumeratione trahitur argumentum: ut quæratur, an montis crypta ſit domus, diluitur quæſtio hoc modo: domus conſtat ſolo, fundamento, ac parietatibus conſurgit, & tecto ſuperne contegitur: crypta non eſt huiuſmodi,

non ergo domus.

A nota uerbi ſeu etymologia. À *nota uerbi ſeu etymologia locus ducitur argumenti, cum quod in quæſtione poſitum eſt etymologia diſſoluitur, ut ſi quæratur de quopiam, an ſit locuples, ab etymologia argumentabor hoc modo: Locuples eſt, qui locis abundat, abundat autem locis ille, eſt ergo locuples. poteſt & per negationem comprobari: ut quod ex humo non eſt, id nõ eſt homo: non eſt autem ex humo anima, non ergo anima eſt homo.*

A coniugatis. À *coniugatis. Coniungata dicuntur, quæ ſunt ex uerbis generis eiuſdem, ut prudens, prudentia, prudenter. ut ſi quæratur de quopiam, ſit'ne prudens, arguetur eſſe hoc modo: Prudenter agit, ergo prudens eſt. Ita iuſtè agit, ergo iuſtus: Ager eſt cõpaſcuus, ergo licet cõpaſcere.*

A genere. À *genere. Sicut à toto diximus partes comprobari partiendo, ita à genere ſpecies diuidendo comprobamus. Nam cum rhetorica in partes diuidatur, inuentionem, diſpoſitionem, elocutionem, memoriam, & pronunciationem: ſi quid fuerit harum partium, oſtendemus eſſe inter partes rhetoricæ collocandum. At cum eiuſdẽ artis ſint ſpecies, demonſtratiua, delibera-*

tiua,

tiua, iudicialis, in quas rhetorica genus diuiditur oſtendemus ſi qua oratio ſtructa, in harum aliqua fuerit ſpecie, totam eò confluere rhetoricam, & partes ipſius ibidem inueniri, & ſi ſi quis moriens legauit argentum uxori omne ſuum, quæratur num etiam numerata domi pecunia legata ſit, à genere eruetur argumentum hoc modo: Omne argentum uxori legauit maritus, atqui numerata domi pecunia argentum eſt: ergo & numerata domi pecunia legata eſt.

A forma ſiue ſpecie, eſt cum ſicut à partium enumeratione, totum comprobrari diximus: ita à ſpecie genus demonſtratur, quæ hoc modo diſtinguuntur. Si totum uelimus oſtendere, omnes nobis partes ſunt oſtendendæ: nam ſi orationis partes non octo, ſed pauciores attingamus, non poterimus omnem orationem illis concludere. uelut ſi rhetoricam tanquam totum quoddam uelis per inuentionem & diſpoſitionem compræhendere, non poſſis: Contrà uerò ipſam tãquam genus oſtenderis, una duntaxat expreſſa ſpecie, uel iudiciali, uel deliberatiua, uel demonſtratiua, ut rhetorica depræhenditur, ubi iudicialis fuit oratio. Vt quoniam *A forma ſiue ſpecie.*

reſpublica ueterum ferè conſenſu tres habet ſpecies, quæ populi, quæ paucorum, quæ unius poteſtate regatur, ad genus, quod eſt reſpublica conſtituendum una harum ſatis erit.

A ſimilibus. A' ſimilibus argumentum eſt, ut ſi continentia uirtus eſt, et abſtinentia. ſi fidem debet tutor, & procurator. ac ſicut in inductione de qua poſt: ubi de argumentatione interrogando, ut prudentia'ne eſt uirtus, & iuſticia non eſt? Item ſi feræ partus ſuos diligunt, qua'nam in liberos noſtros indulgentia eſſe debemus?

A differentia. A' differentia, non ſi læticia bonum, & uoluptas. non quod mulieri idem & pupillo. ſi barbarorum eſt in diem uiuere, noſtra conſilia ſempiternum tempus ſpectare debent. ac in utroq; genere & ſimilitudinis & diſſimilitudinis exẽpla ponunt oratores ex aliorum factis, aut dictis, aut euentis, fictæq; narrationes plerunque ponuntur.

A contrario. A' contrario. Si Gracchus nefariè: præclarè Opimius. Si frugalitas bonum, cur non malum luxuria? Si malorum cauſa bellum eſt, erit emendatio pax. Si ueniam meretur quod imprudens nocuit, non meretur præmium, qui imprudens

imprudens profuit? per interrogationem, ut Horatianum illud: Deſcriptas ſeruare uices, operumq; colores, Cur ego ſi nequeo ignoroq; Poeta ſalutor? *& rurſus:* Cur neſcire pudens praue, quàm diſcere malo?

Ab adiunctis. Ab adiunctis. *Si pietati ſumma tribuenda laus, debetis moueri cum* Q. Metellum *tam piè lugere uideatis. Si bonum iuſticia eſt, rectè iudicandum. Si malum perfidia, non eſt fallendū. Quod quis nō habuit, quomodo perdit? Quem quis amat, ſciens non lædit. Quem quis hæredē ſuum eſſe uoluit, charum habuit.*

Ab antecedentibus. Ab antecedentibus. *Si uiri culpa factum diuortiū, et ſi mulier nunciū remiſit, tamē pro liberis manere nihil oportet. Si natū eſt, morietur. Si multis cumulabat officijs, diligebat, colebat.*

A conſequētibus. A' *conſequentibus. Si & ferro ille interfectus, & tu inimicus, & cum gladio cruento cōpræhenſus in illo ipſo loco, & nemo præter te uiſus eſt, & cauſa nemini fuit occidendi, & tu ſemper audax, quid eſt quod de facinore poßimus dubitare. Item, ut pro Opio* Cicero: *Quos educere inuitos in prouinciam non potuit, eos inuitos retinere qui potuit? Conſequens enim*

eſt, eos qui inuiti duci non potuerunt, inuitos non potuiſſe retineri, rurſus, Si portorium Rho*dijs locare honeſtum eſt, &* Hermocreonti con*ducere. &* quod *diſcere honeſtum eſt, & doce-re.* Idem *efficit* Domitij *Afri ſententia:* Ego *ac-cuſaui, uos damnaſtis.* Conſequens*q; natus eſt, ergo morietur.*

Ex repu-gnantibus. Ex *repugnantibus.* Qui *ſapiens eſt, ſtultus non eſt, ut* Craſſi *illud:* Non *ſi* Opimium *defen diſti* Carbo, *idcirco te bonum ciuem putabant: ſimulaſſe te et aliud quidem quæſiſſe perſpicuũ eſt: quod* Gracchi *mortem ſæpe in concionibus deploraſti, quod* P. Africani *necis ſocius fuiſti, quod eam legem in tribunatu tuliſti, quod ſem-per à nobis diſſenſiſti:* Et *per interrogationem unde peracuta efferuntur enthymemata, de qui bus mox, hoc modo:* Paucos *ciues metuis occi-dere: ne reſpublica intereat nihil alloboras?* Hunc *quem non accuſas, damnas, & quem de te benemeritum autumas eſſe, malè mereri ac-clamitas?* Itẽ *id quod ſcis, prodeſt, &* id quod *ne ſcis, non obeſt.*

Ex cauſis. Ex *cauſis, ut auaritiam ſi tollere uultis, ma-ter eius tollenda luxuries.* Si *ſapientia bonum*

uirum

uirum facit, bonus uir eſt utiq; ſapiens. ideoq; boni eſt honeſtè facere, mali turpiter: & qui hoſta faciunt boni, qui turpia mali, rectè iudicantur. Hoc genus ad exhortandum plurimum ualet: *Virtus laudem facit, ſequẽda igitur. at Voluptas infamiam, fugienda igitur. Scientia gloriam parit, diſcendum igitur. Imperitia rerum, contẽtum gignit, uitanda igitur.*

Ex effectis non difficile fuerit trahere argumentum. nam ut cauſa quid ſit, futurum indicat, ita quod effectum fuerit cauſa demonſtrat. Dies eſt, ergo ſol lucet ſuper terrã. Peperit, ergo cum uiro concubuit. Hic locus oratoribus et poëtis, & quandoq; philoſophis, ac eis omnino qui ornatè & copioſè loqui poſſunt, ſuppeditat mirabilem copiam dicendi, cum denunciant quid ex quaque re ſit futurum. Cauſarum namque cognitio, cognitionem facit euentorum. Suas tamen effectorum cauſas oportet adducere: nam ſicut corpus in lumine umbram neceſſariò facit, & ubicunque eſt umbra, ibi eſſe corpus oſtenditur: ita neceſſarium non eſt, ut qui coloratus, à ſole ſit. iter quoque pulueꝛulentum facit, ſed non omne iter puluerem mo Ex effectis.

uet,neq; quiſquis puluerulentus,ex itinere eſt.

Ex compa-rationc. *Ex comporatione maiorum. Si bona exiſtimatio diuitijs præſtat, & pecunia tantopere ex petitur,quanto gloria magis expetenda eſt? Itē, Si quis ſacrilegium facit,faciet et furtum.Si adulterum occidere licet,& loris cædere.*

Ex minore. *Ex minore, hic paruæ conſuetudinis cauſa huius fert mortē tam familiariter,quid ſi amaſſet? quid hic mihi faciet patri? rurſus, Qui facile ac palàm mentitur, peierabit. Iterum. Si furem nocturnum occidere licet, quid latronem?*

Ex pari. *Ex pari:ut, Eſt eiuſdem & eripere contra rempublicam,& largiri pecunias.Iterum, Qui ob rem iudicandam pecuniam accepit,& ob dicendum falſum teſtimonium accipiet. rurſus, Quæ pœna aduerſus patris interfectorem iuſta eſt, eadē aduerſus matricidā iuſtè infligitur.*

QVI LOCI QVIBVS CONgruat *quæſtionibus.*

MEMORATI *hactenus omnes loci ad quæſtiones pleraſq;, ſed alij ad alias aptiores. Ad coniecturam igitur maxi-*

mè

mè apta, quæ ex cauſis, quæ ex effectis, quæ ex coniunctis ſumi poſſunt. Ad definitionem autẽ pertinet ratio, & ſcientia definiendi: atq; huic generi finitimum eſt illud quod à Cicerone appellatur de eodem & de altero: quod genus forma quædam eſt definitionis. Nam ſi quæratur, ſit'ne idem pertinacia & perſeuerantia, rex & tyranus, tutor & curator, definitionibus iudicandum eſt. Loci autem conuenient in definitione conſequentes, antecedentes, repugantes, & adiuncti, & præterea qui ex cauſis & effectis: ut ſi hanc rem illa ſequitur, hanc non ſequitur: aut ſi huic rei res, illa antecedit, huic nõ antecedit: aut ſi huic repugnat, illi non repugnat: aut ſi huic rei, hæc illius alia cauſa eſt: aut ſi ex alio hoc, ex alio illud effectum eſt, ex quo uis horum id de quo quæritur, idem'ne an aliud ſit inueniri poteſt. Ad tertium genus quæſtionis, in quo quale ſit quæritur, cadunt quæ in cõparatione ſunt memorata, quæ expetẽda, quæq; fugienda, animi, corporis, & externa commoda uel incommoda. Cum de æquo & iniquo quæritur, æquitatis loci colliguntur, qui ſunt & natura & inſtituto. natura ut quilibet ſua

Ad quæſtionem an ſit.

Ad quæſtionẽ quid ſit.

Ad quæſtionẽ quale ſit.

tueatur. Inſtituto, aut lege, aut pacto, aut moris uetuſtate confirmata, omnia ſuggerunt nobis argumenta. itidem pietas, ſanctitas, iuſticia aut æquitas amentatas nobis ad ineundum certamen haſtas abunde ſuppetunt. Quarto generi, cur ſit cõueniunt omnes qui coniecturæ loci ſunt, à nobis dicti. Deniq; cum ſint quæſtionum genera duo præcipua: unum infinitũ quod theſim Græci, noſtri propoſitum: alterum finitum, quod illi hypotheſim, noſtri cauſam uocant, ac de primo ſatis multa hoc tempore dictum ſit, paucis ſecundum quoque concludamus, quod ſolum temporis, perſonæ, loci'que complexu continetur.

Ad quæſtionẽ cur ſit.

DE QVAESTIONE cauſæ.

REBVS itaq; in omnibus argumentamur, aut ex eo quod perſonis, aut ex eo quod negotijs attributum eſt. Perſonis quidem attribuuntur nomen, natura, uictus, fortuna, habitus, affectio, ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes.

No-

Nomen,quo ſinguli nominantur proprio ac certo uocabulo,ab eo ſæpe etiam poëtæ aliquod ſibi aſſumut ad probandum,improbandum'ue argumentum,ut Plautinum illud *in* Bacchidibus: Adeon' *me fuiſſe fungũ,ut qui illi crederem,cũ ipſum mihi nomen eius* Archidemidis *clamaret ademptūrum eſſe ſi quid crederem*.Loci *quoque nomen præbet argumentum : ut idem poëta in fabula quæ* Menechmi *inſcribitur* : Propterea *huic urbi nomen* Epidamno *inditum eſt,quia nemo fermè huc ſine dãno deuortitur*. Natura *aut diuina,aut humana,humanæ una uirilis, altera muliebris,natio quoq; ut græca,latinaq;:aut barbara patria,ut* Genuenſis *an* Veneta:*cognatio, ut qui maiores,qui conſanguinei:ætas,puer an adoleſcens uel natu grandior præbent argumentum* . Commoda *quoque & incommoda in natura conſiderantur animo corpori'ue inſignita, ut ualetudo , imbecilitas , longitudo , breuitas, forma,deformitas, uelocitas , traditas , acumen hebetudo , memoria , obliuio , comitas , officium , prudentia, patientia , & contraria , & denique talia omnia,quæ à natura inuehuntur.* Nomen. Natura.

Nam

deprehenſa teneãtur, quibus de locis eruantur inſpiciendum eſt. Et *quoniam dialecticorum ſeu probabilium cupis habere cognitionem, demonſtratiuorum & ſophiſticorum locos miſſos facie mus, quos tibi in noſtro magno licebit opere expetendorum ac fugiendorum intueri, nũc demum probabilibus erimus contenti. Sunt ergo* Loci, *unde probabilia educuntur argumenta, argumentorum ipſorum ſedes, quorum alios extra dicendi rationem ad id quod in controuerſia poſitum eſt, comprobandum accipimus. alij. quos ex cauſa trahimus, illos artis expertes, hos artificiales ſolemus appellare. Ex illo priore genere ſunt, præiudicia, rumores, tormenta, tabulæ, iuſiurandum, teſtes. ex altero ſunt, ex toto, ex partibus, ex nota, ex coniugatis, ex genere, ex forma, ex ſimilitudine, ex differentia, ex contrario, ex adiunctis, ex antecedentibus, ex conſequentibus, ex repugnantibus, ex cauſis, ex effectis, ex comparatione maiorum, aut parium, aut minorum.*

Præiudicium itaque dicitur res, quæ cum ſtatuta fuerit, affert iudicaturis exemplum, quod ſequantur: ut à ſenatu aduerſus Milonem. Con *firman-*

ſirmantur præcipuè duobus, autoritate eorum qui pronunciauerunt, & ſimilitudine rerum de quibus quæritur. erit ergo à præiudicio argumentum huiuſmodi. Senatuſconſulti de hac re præiudicium latum eſt: non eſt ergo quod de ea plura dicamus. Nam *aduerſus conſulta ſenatus, decreta'ue principum uel magiſtratuum, remedium nullum eſt.*

Rumor *ac fama publicum teſtimonium eſt: quod qui uult infringere ſermonem uocat ſine ullo certo autore diſperſum, cui malignitas dederit initium, incrementum credulitas, quod fraude inimicorum alicui poßit accidere innocentißimo.*

A` *tormentis probamus, cum dicimus inuentam eiuſmodi in quæſtionem ob uera fatendi neceßitatem.* Contra *tormenta, dicit ipſa eſſe plerunque cauſam falſa dicendi, quod alijs patientia facile, mendacium facit alijs infirmitas neceſſarium.*

A` *tabulis, aut pro tabulis, aut contra tabulas, quas ſcimus refelli ac recuſari, id notius eſt argumentandi genus, quàm ut pluribus hoc tempore uideatur explicandum.*

A` *teſti-*

A teſtimonijs argumentatur, circa quæ patronus cauſarum ſudor, pro teſtimonijs & contra teſtimonia quo pacto argumentandum, res ipſa nos admonebit.

A iureiurando argumentabimur, magnum momentum uideri, à uiri autoritate inductum, aut à uiri improbitate refellemus.

Peruulgata ſatis hæc ſunt argumentorum genera, quæ artis dicuntur expertia, & ex ea quæ agitur cauſa, facile nobis ſuggeruntur. Quare ad artificialia tranſeamus.

A toto igitur ducitur argumentum, cum quod in quæſtione poſitum eſt, definiendo comprobamus. Definitio propriè per genus & differentiam fit, ut homo eſt animal rationale. Rhetorica eſt ars bene dicendi. Sed aliquando loco definitionis utimur deſcriptione, ut homo eſt animal bipes, cuius caput in cœlum attollitur, & binæ ab humeris dependent manus, et eo modo reliqua. Si ergo quæſtio de toto aliquo, ea definiendo diluitur. Eſt autem definitio (ut Plato inquit) breuis oratio, ſubiectæ rei naturam oſtendens. Vt autem Ariſtoteles: Deffinitio eſt oratio quæ id quod diffinitur, explicat quid ſit, hæc igitur

tur propriè per genus & differentiam, ut diximus, id facit. ſed aliquando etiam diuidendo, ut genus in ſpecies. aliquando partiendo, ut totum in partes: ut ſi fuerit quæſtio de animali quid ſit, de toto animali quæritur. per genus ergo & differentiam diffiniendo diluo quæſtionem: cũ dico, animal eſt ſubſtantia animata ſenſilis. diuidendo autem idem oſtendo obliquè dicendo, animal eſt, quod partim in terris, partim in aquis partim in aëre uitam ducit. Partiendo hoc modo: animal eſt quod anima conſtat ſenſibili & corpore. Aliquando deſinimus à contrarij remotione, ut Horatianum illud: Virtus eſt uitium fugere, ſapientia prima Stultitia caruiſſe. Si fuerit ergo quæſtio, an concha maris ſit animal, à toto nempe ab animali traho argumentum per definitionem, dicendo, animal eſt ſubſtantia animata ſenſilis: concha maris eſt ſubſtantia animata ſenſilis, ergo concha maris eſt animal. Ex partium enumeratione trahitur argumentum: ut quæratur, an montis crypta ſit domus, diluitur quæſtio hoc modo: domus conſtat ſolo, fundamento, ac parietatibus conſurgit, & tecto ſupernè contegitur: crypta non eſt huiuſmodi,

 non

non ergo domus.

A nota uerbi ſeu etymologia. À *nota uerbi ſeu etymologia locus ducitur argumenti, cum quod in quæſtione poſitum eſt etymologia diſſoluitur, ut ſi quæratur de quopiam, an ſit locuples, ab etymologia argumentabor hoc modo: Locuples eſt, qui locis abundat, abundat autem locis ille, eſt ergo locuples. poteſt & per negationem comprobari: ut quod ex humo non eſt, id nõ eſt homo: non eſt autem ex humo anima, non ergo anima eſt homo.*

A coniugatis. À *coniugatis. Coniungata dicuntur, quæ ſunt ex uerbis generis eiuſdem, ut prudens, prudentia, prudenter. ut ſi quæratur de quopiam, ſit'ne prudens, arguetur eſſe hoc modo: Prudenter agit, ergo prudens eſt. Ita iuſtè agit, ergo iuſtus: Ager eſt cõpaſcuus, ergo licet cõpaſcere.*

A genere. À *genere. Sicut à toto diximus partes comprobari partiendo, ita à genere ſpecies diuidendo comprobamus. Nam cum rhetorica in partes diuidatur, inuentionem, diſpoſitionem, elocutionem, memoriam, & pronunciationem: ſi quid fuerit harum partium, oſtendemus eſſe inter partes rhetoricæ collocandum. At cum eiuſdẽ artis ſint ſpecies, demonſtratiua, delibera-*

tiua,

tiua, iudicialis, in quas rhetorica genus diuiditur oſtendemus ſi qua oratio ſtructa, in harum aliqua fuerit ſpecie, totam eò confluere rhetoricam, & partes ipſius ibidem inueniri, & ſi ſi quis moriens legauit argentum uxori omne ſuum, quæratur num etiam numerata domi pecunia legata ſit, à genere eruetur argumentum hoc modo: Omne argentum uxori legauit maritus, atqui numerata domi pecunia argentum eſt: ergo & numerata domi pecunia legata eſt.

A forma ſiue ſpecie, eſt cum ſicut à partium enumeratione, totum comprobrari diximus: ita à ſpecie genus demonſtratur, quæ hoc modo diſtinguuntur. Si totum uelimus oſtendere, omnes nobis partes ſunt oſtendendæ: nam ſi orationis partes non octo, ſed pauciores attingamus, non poterimus omnem orationem illis concludere. uelut ſi rhetoricam tanquam totum quoddam uelis per inuentionem & diſpoſitionem compræhendere, non poſsis: Contrà uerò ipſam tãquam genus oſtenderis, una duntaxat expreſſa ſpecie, uel iudiciali, uel deliberatiua, uel demonſtratiua, ut rhetorica depræhenditur, ubi iudicialis fuit oratio. Vt quoniam *A forma ſiue ſpecie.*

reſpublica ueterum ferè conſenſu tres habet ſpecies, quæ populi, quæ paucorum, quæ unius poteſtate regatur, ad genus, quod eſt reſpublica conſtituendum una harum ſatis erit.

A ſimilibus. A' ſimilibus argumentum eſt, ut ſi continentia uirtus eſt, et abſtinentia. ſi fidem debet tutor, & procurator. ac ſicut in inductione de qua poſt: ubi de argumentatione interrogando, ut prudentia'ne eſt uirtus, & iuſticia non eſt? Item ſi feræ partus ſuos diligunt, qua'nam in liberos noſtros indulgentia eſſe debemus?

A differentia. A' differentia, non ſi læticia bonum, & uoluptas. non quod mulieri idem & pupillo. ſi barbarorum eſt in diem uiuere, noſtra conſilia ſempiternum tempus ſpectare debent. ac in utroq; genere & ſimilitudinis & diſſimilitudinis exẽpla ponunt oratores ex aliorum factis, aut dictis, aut euentis, fictæq; narrationes plerunque ponuntur.

A contrario. A' contrario. Si Gracchus nefariè: præclarè Opimius. Si frugalitas bonum, cur non malum luxuria? Si malorum cauſa bellum eſt, erit emendatio pax. Si ueniam meretur quod imprudens nocuit, non meretur præmium, qui imprudens

imprudens profuit? per interrogationem, ut Ho*ratianum illud*: Deſcriptas ſeruare uices, ope*rumq; colores, Cur ego ſi nequeo ignoroq; Poeta ſalutor? & rurſus: Cur neſcire pudens praue, quàm diſcere malo?*

Ab adiunctis. Si pietati ſummà tribuenda laus, debetis moueri cum Q. *Metellum tam piè lugere uideatis. Si bonum iuſticia eſt, rectè iudicandum. Si malum perfidia, non eſt fallendũ. Quod quis nõ habuit, quomodo perdit? Quem quis amat, ſciens non lædit. Quem quis hæredẽ ſuum eſſe uoluit, charum habuit.* — *Ab adiunctis.*

Ab antecedentibus. Si uiri cùlpa factum diuortiũ, et ſi mulier nunciũ remiſit, tamẽ pro liberis manere nihil oportet. Si natũ eſt, morietur. Si multis cumulabat officijs, diligebat, colebat. — *Ab antecedentibus.*

À conſequentibus. Si & ferro ille interfectus, & tu inimicus, & cum gladio cruento cõpræhenſus in illo ipſo loco, & nemo præter te uiſus eſt, & cauſa nemini fuit occidendi, & tu ſemper audax, quid eſt quod de facinore poßimus dubitare. Item, ut pro Opio Cicero: *Quos educere inuitos in prouinciam non potuit, eos inuitos retinere qui potuit? Conſequens enim* — *À conſequẽtibus.*

*eſt, eos qui inuiti duci non potuerunt, inuitos non potuiſſe retineri.rurſus,*Si portorium Rho*dijs locare honeſtum eſt,&* Hermocreonti *conducere.& quod diſcere honeſtum eſt,& docere.* Idem efficit Domitij *Afri ſententia: Ego accuſaui,uos damnaſtis.*Conſequensq́;*natus eſt, ergo morietur.*

Ex *repugnantibus.* Ex *repugnantibus.Qui ſapiens eſt,ſtultus non eſt,ut Craßi illud:*Non *ſi Opimium defendiſti* Carbo, *idcirco te bonum ciuem putabant: ſimulaſſe te et aliud quidem quæſiſſe perſpicuū eſt:quod* Gracchi *mortem ſæpe in concionibus deploraſti,quod* P. *Africani necis ſocius fuiſti, quod eam legem in tribunatu tuliſti, quod ſemper à nobis diſſenßiſti:*E*t per interrogationem unde peracuta efferuntur enthymemata,de quibus mox,hoc modo:* Paucos *ciues metuis occidere: ne reſpublica intereat nihil alloboras?* Hunc *quem non accuſas, damnas,& quem de te benemeritum autumas eſſe, malè mereri acclamitas?Itē id quod ſcis,prodeſt,& id quod neſcis,non obeſt.*

Ex *cauſis.* Ex *cauſis,ut auaritiam ſi tollere uultis, mater eius tollenda luxuries* . *Si ſapientia bonum*

uirum

uirum facit, bonus uir eſt utiq; ſapiens. ideoq; boni eſt honeſtè facere, mali turpiter: & qui hoſta faciunt boni, qui turpia mali, rectè iudicantur. Hoc genus ad exhortandum plurimum ualet: Virtus laudem facit, ſequēda igitur. at Voluptas infamiam, fugienda igitur. Scientia gloriam parit, diſcendum igitur. Imperitia rerum, contētum gignit, uitanda igitur.

Ex effectis non difficile fuerit trahere argumentum. nam ut cauſa quid ſit, futurum indicat, ita quod effectum fuerit cauſa demonſtrat. Dies eſt, ergo ſol lucet ſuper terrā. Peperit, ergo cum uiro concubuit. Hic locus oratoribus et poëtis, & quandoq; philoſophis, ac eis omnino qui ornatè & copioſè loqui poſſunt, ſuppeditat mirabilem copiam dicendi, cum denunciant quid ex quaque re ſit futurum. Cauſarum namque cognitio, cognitionem facit euentorum. Suas tamen effectorum cauſas oportet adducere: nam ſicut corpus in lumine umbram neceſſariò facit, & ubicunque eſt umbra, ibi eſſe corpus oſtenditur: ita neceſſarium non eſt, ut qui coloratus, à ſole ſit. iter quoque pulueruIentum facit, ſed non omne iter puluerem mo Ex effectis.

uet,neq; quiſquis puluerulentus,ex itinere eſt.

Ex compa-ratione. Ex comporatione maiorum. Si bona exiſtimatio diuitijs præſtat, & pecunia tantopere ex petitur,quanto gloria magis expetenda eſt? Itẽ, Si quis ſacrilegium facit,faciet et furtum.Si adulterum occidere licet,& loris cædere.

Ex minore. Ex minore, hic paruæ conſuetudinis cauſa huius fert mortẽ tam familiariter,quid ſi amaſſet?quid hic mihi faciet patri?rurſus,Qui facile ac palàm mentitur, peierabit. Iterum.Si furem nocturnum occidere licet, quid latronem?

Ex pari. Ex pari:ut, Eſt eiuſdem & eripere contra rempublicam,& largiri pecunias.Iterum, Qui ob rem iudicandam pecuniam accepit,& ob dicendum falſum teſtimonium accipiet. rurſus, Quæ pœna aduerſus patris interfectorem iuſta eſt, eadẽ aduerſus matricidã iuſtè infligitur.

QVI LOCI QVIBVS CONgruat quæſtionibus.

MEMORATI hactenus omnes loci ad quæſtiones pleraſq;, ſed alij ad alias aptiores. Ad coniecturam igitur maximè

me apta, quæ ex cauſis, quæ ex effectis, quæ ex coniunctis ſumi poſſunt. Ad definitionem autẽ pertinet ratio, & ſcientia definiendi: atq; huic generi finitimum eſt illud quod à Cicerone appellatur de eodem & de altero: quod genus forma quædam eſt definitionis. Nam ſi quæratur, ſit'ne idem pertinacia & perſeuerantia, rex & tyranus, tutor & curator, definitionibus iudicandum eſt. Loci autem conuenient in definitione conſequentes, antecedentes, repugantes, & adiuncti, & præterea qui ex cauſis & effectis: ut ſi hanc rem illa ſequitur, hanc non ſequitur: aut ſi huic rei res, illa antecedit, huic nõ antecedit: aut ſi huic repugnat, illi non repugnat: aut ſi huic rei, hæc illius alia cauſa eſt: aut ſi ex alio hoc, ex alio illud effectum eſt. ex quo uis horum id de quo quæritur, idem'ne an aliud ſit inueniri poteſt. Ad tertium genus quæſtionis, in quo quale ſit quæritur, cadunt quæ in cõparatione ſunt memorata, quæ expetẽda, quæq; fugienda, animi, corporis, & externa commoda uel incommoda. Cum de æquo & iniquo quæritur, æquitatis loci colliguntur, qui ſunt & natura & inſtituto. natura ut quilibet ſua

Ad quæſtionem an ſit.

Ad quæſtionẽ quid ſit.

Ad quæſtionẽ quale ſit.

tueatur. Inſtituto, aut lege, aut pacto, aut moris uetuſtate confirmata, omnia ſuggerunt nobis argumenta. itidem pietas, ſanctitas, iuſticia aut æquitas amentatas nobis ad ineundum certamen haſtas abunde ſuppetunt. Quarto generi, cur ſit

Ad quæſtionẽ cur ſit.

cõueniunt omnes qui coniecturæ loci ſunt, à nobis dicti. Deniq; cum ſint quæſtionum genera duo præcipua: unum infinitũ quod theſim Græci, noſtri propoſitum: alterum finitum, quod illi hypotheſim, noſtri cauſam uocant, ac de primo ſatis multa hoc tempore dictum ſit, paucis ſecundum quoque concludamus, quod ſolum temporis, perſonæ, loci'que complexu continetur.

DE QVAESTIONE *cauſæ.*

REBVS *itaq; in omnibus argumentamur, aut ex eo quod perſonis, aut ex eo quod negotijs attributum eſt. Perſonis quidem attribuuntur nomen, natura, uictus, fortuna, habitus, affectio, ſtudia, conſilia, facta, caſus, orationes.*

No-

Nomen, quo ſinguli nominantur proprio ac certo uocabulo, ab eo ſæpe etiam poëtæ aliquod ſibi aſſumut ad probandum, improbandum'ue argumentum, ut Plautinum illud in Bacchidibus: Adeon' me fuiſſe fungũ, ut qui illi crederem, cũ ipſum mihi nomen eius Archidemidis clamaret ademptumrum eſſe ſi quid crederem. Loci quoque nomen præbet argumentum: ut idem poëta in fabula quæ Menechmi inſcribitur: Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum eſt, quia nemo fermè huc ſine dãno deuortitur. Natura aut diuina, aut humana, humanæ una uirilis, altera muliebris, natio quoq; ut græca, latinaq;: aut barbara patria, ut Genuenſis an Veneta: cognatio, ut qui maiores, qui conſanguinei: ætas, puer an adoleſcens uel natu grandior præbent argumentum. Commoda quoque & incommoda in natura conſiderantur animo corpori'ue inſignita, ut ualetudo, imbecilitas, longitudo, breuitas, forma, deformitas, uelocitas, traditas, acumen hebetudo, memoria, obliuio, comitas, officium, prudentia, patientia, & contraria, & denique talia omnia, quæ à natura inuehuntur. Nomen. Natura.

Nam

Nam ſimiles parentibus ac maioribus ſuis ſæpe filij creduntur, ut inde honeſtè turpiterq; uiuendi cauſæ fluant. Si quoque nationibus & gentibus ſunt mores, patria: quoniam ciuitatum leges ſunt, & inſtituta, & opiniones, ſexus: ut latrocinium facilius in uiro, ueneficium in fœmina credatur. Aetas, quia aliud alijs animis magis conuenit. Educatio & diſciplina, quoniam refert plurimum, à quibus, & quo quiſque ſit inſtitutus. ducitur quoq; in argumentum, ſpecies libidinis: ut robur petulantiæ. atq; in uictu hæc

Fortuna. ſpectabuntur. In fortuna, ſeruus an liber, locuples an pauper, priuatus an cum poteſtate, & ea iure'ne an iniuria, felix & clarus, an contrà. quales liberos habeat, & ſi de mortuo quæritur, quali morte deceſſerit.

Habitus. In habitu, ut trahi argumenta inde poſſint, conſideratur animi aut corporis conſtans & abſoluta aliqua in re perfectio, uirtutis artis'ue alicuius perceptio corporis quoq; aliqua commoditas, non natura data, ſed ſtudio & induſtria parta.

Affectio. In affectione animi aut corporis, ex tempore aliqua de cauſa commutatio: ut læticia, cupiditas,

ditas, metus, moleſtia, morbus, debilitas, & id genus alia. In ſtudio, quod eſt aſſidua & uehemens uoluntatis in re aliqua occupatio, ut grãmatica, rhetorica, geometria, mercatura.

In conſilio, quid adhibuiſſe uideri potuerit ex eis quæ tentauit aut peregit. Conſilium.

In factis, in caſu, in oratione, quid fecerit, quid acciderit, aut quid dixerit. Hæc ac talia perſonis deputantur, unde uis argumentorum non parua erui poteſt. In negotijs quid anteceſſerit, quid in re oſtendatur, quid conſecutum ſit ſpectatur, cauſa quoq; omnium conſideratur. Capitur argumentum à loco, à tempore, à modo, ab occaſione, à facultate, ex opportunitate inquam loci, ex magnitudine, ex interuallo, longinquitate, propinquitate, ſolitudine, celebritate, & natura loci commoda uel incommoda, ad id perpetrandum, de quo eſt quæſtio. In tempore, interdiu an noctu, præſens, præteritum, futurum, ſuggerit argumẽta. Nam iamdiu facta, in fabularum uidentur numerum perueniſſe. Conſideratur etiam quid ocyus & quid ocyſsimè, aut contrà: uti magnitudo negotij, multitudóue melius colligatur. Facta.

Oc-

Occaſio. Occaſio eſt, tempus habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. ac ſicut in tempore ſpacium, ita in occaſione ſpectatur opportunitas. hæc aut publica, aut communis, aut ſingularis. Publica, ut ludi, dies feſti, nũdinæ, bellum. Cõmune, quod ſtato fit tẽpore, ut meſsis, uindemia, æſtꝰ, frigus. Priuatim, ut nuptiæ, funus, cõuiuiũ, ſomnus. In modo, quemadmodum & quo animo factum ſit, auguramur. Cuius partes, prudentia & imprudentia, inſcitia, caſus, neceſsitas. In facultatibus, quomodo facilius confici uel non cõfici, de quo quæritur potuerit. Hi ferè, & conſimiles ſunt loci, unde educi ferè ad omnem diluẽdam quæſtionem poſſunt argumenta.

DE LOCATIONE ARGVmentationis.

SVPEREST ut de argumentationũ locatione dicamus. In qua re tractanda, ne ex facili difficilem faciamus aggreſsũ, multa (meras planè præſtigias) omittemus, quæ ad argumentandũ mẽtem nonmo-

modò non explicant aut adiuuant, ſed implicāt atq; præpediūt. Quis namq; hypotheſes (ſuppoſitiones nominare ſolent iſti) citra cuiuſpiam traditionem proponere non cognouerit? aut propoſitas confuſa omni abacta barbarie non deprӕhenderit? Nam *proponentem, omnis homo eſt omnis homo, quis non cernat falſum enunciare, idq; ex loquendi more: terminorum expoſitionem, uerborum & orationum interpretationem ſolent barbari homines appellare, quæ prorſus ridicula, ſermonumq; laruæ quædam ſunt, quòd ab uſu omni remotæ ciuili ſint.* Deinde *hæ, ſi quæ paulo remotiores fuerint loquendi conſuetudines, de grammatica facultate uſu'que dicendi clariſſimorum autorum, facilè percipi poſſunt, atq; innoteſcere: ut non Ariſtotelicum, non Platonicum, non cuiuſquam alterius eminentis philoſophi iudicium hæc iurè attingenda cenſuerit. faceſſant ergo iſta à nobis quoque, quæ diſſerentibus non tam proſunt quàm officiunt. Quid porrò unamquamque rem conſequatur, aut nō conſequatur, Cōſequentias iſti uocant, memorandum exiſtimarem, niſi apud*

pru-

prudentes non inquam ſtolidos me facere uerba cognoſcerem: quos modo in uerbis caligo nulla, ambiguitas nulla occurrat, quid'nam demum poteſt occurrere? Reliquum igitur eſt, ut ea duntaxat proſequamur, quæ ad argumentationis ſtructuram faciunt, quæ doctiſsimi etiam philoſophi qui'que aperienda putauerunt, quæ eatenus negligēda nō ſunt, quatenus eis quæuis diluitur ambiguitas, ſi modò certis definitisq; rationibus concludantur. Cum igitur omnis argumentatio rebus & uerbis conſtet, ac de rebus ſatis dictum, ſupereſt ut uerba & uerborū ſtructuram oſtendamus. Argumentoſæ igitur cuiuslibet orationis, duæ omnino ſunt partes, nomen, & uerbum. ſiquidem quæcunque iſtis adijciuntur, non tam partes quàm partium adminicula, & ueluti pedamenta quædam nominanda ſunt. Nomen, *ut Plato. Verbum, ut diſputat. ut ſit explicata oratio, Plato diſputat. Accidentia orationis ſunt, Vniuerſalis, Particularis, Indefinita, Singularis, quæ quantitatem exprimūt. Vniuerſalis, ut quilibet homo eſt riſibilis. Indefinita, eſt homo riſibilis. Particularis, Eucarpus ratiocinatur. Singularis, hic ambulat. Itē ut ſit, aut*

Nomen. *Verbum.* *Vniuerſalis.* *Indefinita.* *Particula.* *Singularis.*

aut ſimplex, aut connexa. Simplex, ut dies eſt. Connexa, ut ſi dies eſt, nox non eſt. Nec nõ negandi, aut aiendi qualitate inſignitur: ut Eucarpus legit, Eucarpus non legit. In quibus omnib9 bini conſiderandi ſunt termini, qui ſubiecti ac prædicati nomine iam recepto apud omnes ſolent nuncupari. Eſt autem Subiectum, de quo aliquid dicitur quod ſubſideat paſſionib9: ut Eucarpus ridet. eſt ſiquidem Eucarpus, in quo ridendi paſſio. Prædicatum ipſum eſt uerbum, inquo incluſa ea paſſio, quæ ineſſe cuipiam dicitur. Nec audiendi qui trifariè partiuntur orationem, in prædicatum, ſubiectum, & copulam. Copulam uerbum ipſum iuniores appellando, quid enim magis ridiculum eſt, quàm ita omnem reſoluere orationem, ut pro eo quod eſt Plato diſputat, dicas, Plato eſt diſputans, conſuetum loquẽdi modum peruerſè, barbarè, ruſticeque immutando. Quàm enim ridiculum ſit, loquendi modũ ab ijs potiſſimum diſcere uelle, qui ipſi loqui neſciant. nam cum dico, Plato ſcribit, id ſcribit dialogos, pro una re ac paſſione accipio, quæ de Platone dicitur, prædicatumq́; id totum nominandum: ſicut nihilominus cũ dico, Plato eſt philoſophus,

quippe

quippe quod id ipſum eſt philoſophus, res una eſt tanquam ſit uoce una enunciata. Mens ſiquidem humana ita planè concipit nõ minus, quàm ſi adhuc plures adijcias paßiones. ut Plato eſt philoſophus diſputator egregius. faceſſant ergo nugatoriæ ac præranciđæ tales reſolutiones, quæ orationes enormant, diſputantem implicãt, & rerum propemodum nullam ſecum afferunt explicationes atq; commoditatem. Ex ijs itaq; cõnexa oratio, enunciatio nuncupatur. ea in argumentatione ut ſyllogiſmo collocata, ſi in primo loco propoſitio, ſi in ſecũdo aſſumptio, ſi in tertio connexio. uel complexio à priſcis linguæ Latinæ uiris, à iunioribus mendoſè concluſio ſolet appellari. ut ſi quæſtio oriatur, ſit ne utilis dialectica: texatur hoc modo epichirema, Vtilis eſt quæuis ſcientia uerum à falſo diſcernens, hæc propoſitio. eſt autem huiuſmodi dialectica, hæc aſſumptio. ergo utilis dialectica: hæc complexio Omnium porrò enunciationum, ex quibus quæ in ſubiectis ſunt paßiones, indicantur: quædam citra medium ullum fidem faciunt, à cunctisq; hominibus receptæ ſunt. quædam non omnibus. Quæ igitur ab omnibus receptæ ſunt quod fidem

Enuntiatio
Propoſitio
Aſſumptio
Connexio
Complexio

ſidem ſecum ferant, nominantur à Græcis Axi omata: à Latinis autem, effata & communes notiones, ita nanq; ueteres. Iuniores uero, animi cõceptiones. Quæ porrò non omnibus inſident, nec ſatis receptæ ſunt, ſed quibuſdam duntaxat theſes Græce, Latine poſitiones appellantur. Quæ unumquodq; aſtruunt, definitiones dicuntur. Quæ uero ex alio aliud pronunciant, communi nomine hypotheſes. Hypotheſum autem quædam ueræ & creditæ ab eo qui diſcit admittuntur, ob capiendam ſcientiam. Aliæ non creduntur, quæ itaq; creduntur diſcẽtibus admiſſæ proprio nomine æquiuoco generi hypotheſes: quæ uero non creduntur, petitiones dici ſolent. Ex his igitur orationibus omnes texuntur argumentationes. Argumentationũ genera ſunt duo Syllogiſmus ſeu Epichirema Græce: at Latine hoc aggreßio, ille ratiocinatio, & Epagoge à Græcis dicta, à Latinis inductio. Ex ſyllogiſmo fit Enthymema, quod commentum nominamus, ſicut ex inductione exemplum atq; ſimilitudo. Syllogiſmus itaque ut dictum eſt, oratione ſiue ſimplici, ſiue connexa, conſtat triplici, prima propoſitio: ſecunda aſſumptio, tertia com-

Axiomata

Theſes

Hypoteſes

Syllogiſmus

Epichirema

Epagoge

plexio appellata. qui cum pluribus fiat modis, eos longius proſequendos non ducimus: tũ quia ſimplicem arguendi quæris callem (ut rhetoros quoq; docent) & ſequuntur oratores: non per multarum diſciplinarum inuios anfractus te uelis detorquere, tum quia ſi modo id ſcire concupiſcas, poßis ex magno noſtro opere expetendorum ac fugiẽdorum perexiguo negotio quicquid uelis tibi depromere. In totum, omnis argumentationis ratio hoc habet, ut tribns limitibus conſtet: uno, quem indubitatum eſſe conuenit: altero, qui medius eſt: tertio, qui ex conſenſu fit utriuſq;, ut omne amimal eſt ſubſtantia animata ſenſilis: hic caret controuerſia. Crocodilus eſt ſubſtantia animata ſenſilis: hic medius limes, extrema cõnectens: ergo Crododilus eſt animal, hic ex conſenſu ſuperiorum conficitur. Ex ſyllogiſmo Enthymema conficitur. id de propoſitione aut aſſumptione concluditur: ut ſi probabile texas argumentum hoc modo, Aeſchynæ tradenda non eſt pecunia. quandoq; pecuniam capiens Piſiſtratus, tyrannidem occupauit. uel hic noctu obambulat, fur ergo eſt. Inductio autem ex pluribus aut exemplis aut ſimilitudinibus

Enthymema.

bus cõficitur. ſi de hominibus exempla ſunt: ſin de cæteris ſimilitudines, uelut ſi fuerit quæſtio, an is demum homo dicendus ſit generoſus, qui clariſsimo natus genere per inductionem argumentabor hoc modo, Quis'nam clitellarius mulus generoſus eſt, non'ne qui ingentia ſubuectat onera? quid darſuarius? non'ne qui greſſu incedit leniſsimo? nõ qui de ſtirpe ortus clariſsima? Pomum quod uocabis generoſum, non'ne quod ſaporis electiſsimi? non quod de pulcherrima arbore? aut de amœniſsimo decerptum loco? Ita ergo hominem quem generoſum uocaueris? non'ne qui uirtutibus nobilitatus eſt, non qui maioribus ortus ſit eminentiſsimis. hæc inductio exemplum eſt ut à priuato homine Gracchus mediocriter ſtatum Reipu. labefactans, impunè occiſus eſt, & conſul Cicero, Catilinam orbem terrarum ſubuertentem impune non occiderit? Similitudo quoq; de rebus eodem modo comparatur atq; extruitur.

HAec habui Bernarde Saluatice, quæ de argumentandi ratione quam tantopere efflagitabas ad te cõſcriberem, quæ ſi aliquibus

in locis paulo minus tibi obuia uidebūtur, debes cogitare nullam eſſe diſciplinam: quæ aliquo nō egeat interprete, quamquam ſi crebrius repetantur, non dubitem fore tibi apertiſsima, præſertim ſi ab huiuſmodi exercitatione non abhorreas. Vale.

BASILEAE,
M. D. XLII.